




Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 812 8°





Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 812 8°



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 812 8°



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 812 8°

1. - 297. - 8°
antiquitate mox
mors ultima wemy

L. J. dant



LN 812

M



CON
IN E
LAM
AD
SC

NICOLAO



PI
Apertio uerborum
lectum da

VVITT
ANNO

COMMENTARIVS
IN EPISTO
LAM PAULI
AD EPHESIOS,
SCRIPTVS

A ~~_____~~
~~_____~~
NICOLAO HEMMINGIO, ~~_____~~



Pfal. 119.

Apertio uerborum tuorum illuminat, & intel-
lectum dat simplicioribus.

VVITTEBERGÆ

ANNO M. D. LXV.

71-297-80

Johannes Montbray
vindicat sibi sicut
liberum

spes mea
thy



ORN
VIRO

ET PIETA
Henrico Bulch
Bruchaffen, D
dignissimo,
fratri su
to

NICOL
M



discere uerbum
to, sine enim c
mur in densiss
rantia: seu ut P
lamus in uanita
intelligentia al

ORNATISSIMO
VIRO DOCTRINA

ET PIETATE PRÆSTANTI M:

Henrico Buschoducensi de antiqua familia
Bruchoffen, Decano Capituli Lundensis
dignissimo, ac Theologo eximio,
fratri suo in Christo salu-
tem præcatur

NICOLAUS HEM-
MINGIVS.



VDIVI, CLARISSIME
uir, aliquando ex
ore optimi & sanctis-
simi uiri D. Philippi
Melanthonis, nul-
lum præstâtius opus
esse quàm docere &
discere uerbum Dei, neq; id immeri-
to, sine enim doctrina cœlesti uersa-
mur in densissima caligine & igno-
rantia; seu ut Pauli uerbis utar, ambu-
lamus in uanitate mentis nostræ, cæca
intelligentia aberramus, à uita Dei

A 2 proz

EPISTOLA

procul absumus, propterea quod ignorantia nostra & obduratio cordis nostri facit, ut nullo sensu doloris ob peccata nostra tangamur (sine quo sensu nunquam dulcescit homini uox Euangelij) sed potius nos prostituamus ad omnem turpitudinem perpetranda. His autem malis solum uerbum Dei medetur, quando sincerè docetur & fideliter discitur. Id quod etiam regius ille Propheta Dauid testatur cum inquit: in quo mundam faciet adolescentior uiam suam? in custodiendo sermones tuos, quos sanè sermones in eodem Psalmo & gaudium suum, & uiros consiliarios suos pronunciat. Quam ob causam idem Propheta, illud ipsum uerbum omnibus mundi diuitijs præfert: Diligo, inquit, mandata tua super aurum & obrizum. Item: Lætabor ego super eloquia tua sicut qui inuenit spolia multa. Item: Melior mihi lex oris tui super milia auri & argenti. Fatetur itaque Dauid uer-

uid uerbum
saurum esse
uiam nostram
quam limp
fuerit, quod
bi fidem con
ritu sancto. T
ligo mentis,
cor quod ant
fit carneum &
illud inscribi
sensu peccati
ut porro cont
tus in forman
tanta bona adf
non immerito
minauit) inter
præstantissim
cere & discere
Iam cum a
sit uerbum D
uerbum Dei
dicemus de fi
Quid de ijs c

DEDICATORIA.

uid uerbum Dei preciosissimum thesaurum esse, atq; adeo impuram esse uiam nostram, donec uerbo Dei tanquam limpidissimo fonte purificata fuerit, quod fit quando ex auditu uerbi fidem concipimus, & donamur spiritu sancto. Tunc enim dispellitur caligo mentis, intelligentia illustratur, cor quod antea durum ut saxum erat fit carneum & molle, ut iam lex Dei in illud inscribi possit, ut iam tangatur sensu peccati, ut detestetur peccatum, ut porro consilia, non carnis, sed spiritus in formanda uita sequatur. Cum tanta bona adferat doctrina uerbi Dei, non immerito optimus uir (quem nominauimus) inter omnia humana opera praestantissimum esse pronunciat, docere & discere uerbum Dei.

Iam cum adeo preciosus thesaurus sit uerbum Dei, & tam eximium opus uerbum Dei docere & discere, quid dicemus de sinceris uerbi doctoribus? Quid de ijs qui uerbum Dei horrendum

A 3 dis

EPISTOLA

dis Diabolorum & hominum com-
 mentis tanquam cœno fœdissime ob-
 rutum uindictarunt ueluti ab interitu,
 & expurgarunt sana & sincera decla-
 ratione: magnam sane gratiam debe-
 mus ijs qui τὰ βιωμένα tuentur, sine quib-
 us hæc caduca uita incolumis esse ne-
 quit. At ijs ἀντίδοξα nequaquam red-
 dere possimus, qui doctrinam, quæ est
 thesaurus sine quo spe æternæ uitæ ex-
 cidimus, repurgarunt, & nobis eam
 uoce & scriptis sinceram & puram tra-
 diderunt. In horum numero primum
 locum à Luthero tribuendum iudi-
 co Philippo Melanthoni præceptorî
 nostro. Quo uiro in Germania alium
 acutiori ingenio, acriori iudicio, exa-
 ctiori intelligentia, maiori eruditione,
 subtiliori interpretandi scripturâ dex-
 teritate, addo etiam ardentiore pietate
 uix unquam habuit, propter quæ exis-
 mia dona non solum ab ijs qui ean-
 dem religionē nobiscum colunt: Ve-
 rum etiam ab hostibus religionis ueræ
 in pre-

in precio
 Philippi
 to: Exci
 omni gau
 Vult profe
 iusmodi di
 uult ut pala
 nobis per t
 uina esse, ui
 neremur ut
 patres, colat
 rectos, susp
 Dei colum
 hoc illorum
 quaquam ig
 arte excog
 tanta lumina
 nantur, sed
 gemus si q
 Xenophon
 πῶς αὖτὸς μ
 ἀναμάρτητος
 xpiτῆ ἀρετῆ
 minum im

DEDICATORIA.

in precio habitus est. Cum Paulus suis Philippensibus scribit de Epaphrodito: Excipite ipsum in Domino cum omni gaudio, & tales in precio habete: Vult profecto Spiritus sanctus ut huiusmodi diuina organa agnoscamus, uult ut palam fateamur beneficia quæ nobis per tales uiros contigerunt, diuina esse, uult ut huiusmodi uiros ueneremur ut præceptores, amemus ut patres, colamus ut Ecclesiæ Dei architectos, suspiciamus ut eximias templi Dei columnas. Hoc pietas postulat, hoc illorum labores efflagitant. Nequaquam igitur his cedendum est, qui arte excogitant calumnias quibus tanta lumina Ecclesiæ extinguere conantur, sed potius pia ἐπιεικεία mitis gemus si quid deliquisse uideantur. Xenophon uerè dixit: χαλεπὸν οὕτω ἡ ποιῆσαι ὥστε μηδὲν ἁμαρτῆρι χαλεπὸν δὲ καὶ ἄναμαρτήτως ἡ ποιῆσαι τας, μὴ ἄγνώμονι κριτῆ ὑδριτυχῆρ. Est enim magna hominum imbecillitas & multa in uita

A 4 errata

EPISTOLA

errata incidunt, quæ candidè potius
tegenda sunt, quàm maligne exaggeranda. Est quoque in multis magna leuitas quæ facit ut asperiores sint iudices in eos qui nihil peccarunt. Imbecillitatem nostram deploremus, & fugiamus leuitatem sinistre iudicandi de ijs quorum labores maiores sunt, & dona excellentiora, & agamus Deo gratias qui huiusmodi salutaria organa in ædificationem suæ Ecclesiæ subinde mittit.

Etsi autem maxima gratia, ut par est, debetur ijs qui primam uiam sterunt; tamen alij qui suo loco sequantur, & faciunt quantum possunt ad ædificationem Ecclesiæ, & κατασκευαστῶν sanctorum, non sunt contemnendi, sed singuli loco suo habendi sunt in precio. Paulus eximium & electum Dei organum fuit, quo nullus Apostolorum plus laborauit nec latius sparsit Euangelium Christi. Titus autem qui in insula Creta diligitur minor Paulo
cum

cum donis
nis gradu
doctorem
suo loco u
quæ postea
Ad eundem
Philippum
Ecclesia Dei
or & uenero
co complecti
ta Dei in E
res magni fa
rum numer
Philippum p
colum. Nam
duserunt ex
or me haufil
nister Euang
meæ ratione
fidoceo, nem
contemno, t
tesero alioru
me Ecclesia
ci; quam E

DEDICATORIA.

cum donis & laboribus, tum uocationis gradu fuit. Hic Paulum eximium doctorem gentium agnosco, ac Titum suo loco ueneror, qui à Paulo didicit quæ postea suis auditoribus tradidit. Ad eundem modum Lutherum & Philippum præcipuos doctores, quos Ecclesia Dei habuit nostra ætate, fateor & ueneror, & alios singulos suo loco complector ut salutaria instrumenta Dei in Ecclesia: quorum & labores magni facio, & gaudeo me in illorum numero esse qui Lutherum & Philippum præceptores agnoscunt & colunt. Nam ex illis riuulis quos ipsi duxerunt ex fontibus Israël, ego fateor me hausisse quæ promo, & ut minister Euangelij Dei iuxta uocationis meæ rationem in hac schola Hassniensi doceo, nemini me præfero, neminem contemno, non meas cogitationes antefero aliorum sententijs: sed subijcio me Ecclesie Dei Catholice, ut iudici: quam Ecclesiam non diffinio pa-

EPISTOLA

tres aut matres consilij Neptunij, sed
 eos qui confessionem Augustanam
 amplectuntur, hoc est, omnes qui
 Symbola incorrupta retinent. Vbi-
 cunque locorum sunt. Non damno
 quenquam si à me dissentiat, modo
 fundamentum, hoc est Symbola, non
 subruat. Agnosco communem imbes-
 cillitatem, quam & deploro, & rogo
 Deum ut ipse manum ædificio adhi-
 beat. Nisi enim Dominus ædificaues-
 rit domum frustra laborant qui ædifi-
 cant eam. Probo omnium conatus
 qui aliquid operæ conferunt ad Eccle-
 siæ Dei ædificium, in quorum nume-
 ro etsi minimum me esse fateor: ta-
 men minam mihi à Domino traditam
 nequaquam occultandum iudico. Et
 quia non cupio præsentibus tantum
 auditoribus seruire: uerumetiam ab-
 sentibus atq; adeo toti Ecclesiæ Chris-
 sti, nonnulla ex meis scriptis sub pre-
 lum misi & in lucem edidi, & eodem
 consilio nunc publicare placet anno-
 tationes

tionem
 Ephesio
 tuo nom
 aliquod
 te testim
 amicus sit
 hoc regno
 etiam plu
 ficia, ut ta
 Academia
 foribus à
 eorum nu
 Deo com
 ab homini
 pularem u
 hoc facim
 Sunt enim
 cede serui
 spontaneu
 Vale ac h
 mitto, ac
 les, si qui
 am signi
 multum

DEDICATORIA.

tiones meas in Epistolam Pauli ad Ephesios, quas ideo, clarissime uir, sub tuo nomine in lucem prodire uolo, ut aliquod extet gratitudinis meæ erga te testimonium : qui mihi non solum amicus sincerus, toto tempore quo in hoc regno es moratus, fuisti : uerum etiam plurima in me contulisti beneficia, ut taceam magna illa beneficia Academiæ nostræ & singulis professoribus à te præstita. Nam scio te in eorum numero esse, qui benefacere, Deo contemplante, quàm prædicari ab hominibus, & ab ijs gloriam popularem uenari, malunt. Qui enim hoc faciunt, ἀπέχουσι τὸν μίσθον αὐτῶν. Sunt enim mercenarij qui pro mercede seruiunt, & non filij qui patri spontaneum obsequium præstant. Vale ac boni consule munus quod mitto, ac de ipso iudica candidè ut soles, si quid autem displicuerit, hoc etiam significato. Tuo enim iudicio multum tribuo. Iterum uale cum uxore

EPISTOLA DEDICAT:

uxore Anna foemina honestissima:
quam audio tuam familiam noua
prole auxisse. Deus faxit ut hoc ce-
dat Deo in gloriam & tibi matriq;
sit gaudio & uoluptati. Vt meo no-
mine salutes M: Tyconem Episco-
pum uestrum: M. Vesselum Canto-
rem: M. Balthasarum Archidiano-
num: M. Magnum Theologum ue-
strum: M. Iohannem Spandemager,
qui iam ultra triginta annos strenue
laborauerat in uinea Domini, & alios
fratres omnes etiam atq; etiam rogo,
Haffnia calendis Nouembri-

bus, Anno Domini

1564.

ARGV=

AR

TV

LAM

I



ionnu scrip
excutienda s

Primum,
tor. Hoc enim
tem et digna

Secundum.
sio. Nam huius
tur, cum ad cre
gendam, tum
dum.

Tertium, C
lis, unde genu
pusq; dicentis

Quartum
non intellectu
uari possun

7

ARGVMENTVM IN EPISTOLA BEATI PAVLI APOSTOLI AD EPHESIOS.



VT HVIVS SANCTISSI-
mæ Epistolæ, ad Ephesios ex car-
cere Romano scriptæ, argumen-
tum plenius percipiamus, quatuor
illa quæ soleo in principio enarra-
tionum scriptorum Sacrorum attingere, nobis
excutienda sunt. Sunt autem hæc :

*Primum, Quis' nam fuerit huius Epistolæ au-
tor. Hoc enim scire permultum facit ad autorita-
tem & dignitatem huic Epistolæ conciliandam.*

*Secundum. Quæ' nam fuerit scribendi occa-
sio. Nam huius observatio plurimum facere uide-
tur, cum ad œconomiam totius orationis intelli-
gendam, tum ad quæstionum ordinem indican-
dum.*

*Tertium, Quis sit status seu quæstio principa-
lis, unde genus causæ deprehenditur, & finis, sco-
pusq; dicentis cognoscitur.*

*Quartum, Quis sit tractationis ordo: quo
non intellecto rerum pondera nequaquam obser-
uari possunt. Deinde haud raro fit ut methodo
oratio-*

COMMENT: IN

orationis non animaduersa aliena præter scripto-
ris mentem coaceruentur, & multa sepe tor-
queantur ab hæreticis ad confirmanda impia dog-
mata, quemadmodum uidere est in ipsorum scri-
ptis, qui dialecticam normam in iudicando non
adhibent, sed singulas pericopas, tanquam à cor-
pore auulsa membra tractant.

De his igitur quatuor ordine dicemus, quo
nobis facilius sit aditus ad intelligendam hanc di-
uinam Epistolam.

DE PRIMO.

Autor huius Epistolæ est Apostolus ille &
doctor gentium: qui ut per reuelationem Iesu
Christi ad munus Apostolicum est uocatus, ita ab
eodem Christo in mysterio salutis institutus est.
Hic. Apostolus ut strenuus Christi miles insigni-
bus militaribus, id est, uarijs ærumnis & perse-
cutionibus, flagellationibus, lapidationibus, cola-
phis, conuitijs, annos ferè triginta quinq; decora-
tus, in extremo actu uitæ suæ hanc Epistolam ex
Romanis uinculis ad Ephesios scribit. Cum itaq;
tantus sit huius Epistolæ autor, nefas est uel de
rerum grauitate, uel de scriptoris autoritate du-
bitare. Quapropter omnia quæ in hac Epistola
proditæ sunt, non secus suspiciamus oportet, quàm
quæ Deus suo ore de cælo loquutus est. Atq; ideo
ut doctrina quæ in hac Epistola continetur uerè

Deo uolunt

EP
Deo uolunt
religionis
ximam pon
uæo; & C
sine Episto
plura de Apo
stolorum, &
rinth.

Occasionem
dalum crucis A
lus, consummat
carcerem Rom
figerentur, n
Pseudopostoli
confirmare Epi
potuit: ne uel o
secutionem Ecc
erat, à gratia, cu
dicationem fact
dalum crucis f
scribendum con
armare Ephesie
na Christi, quan

Quia poti
ne constat, m

EPIST: AD EPHESIOS.

Ἐπίστολος ἔστι, ita ad confirmanda dogmata religionis nostræ, & ad refutandos errores maximum pondus habet, adeo ut nemo nisi prorsus ἄθεος & Christi professus hostis se huius sanctissime Epistole autoritati & dignitati opponat, plura de Apostolo nostro legantur in Actis Apostolorum, & in Epistolis ad Galatas & ad Corinth.

DE SECUNDO.

Occasionem scribendi hanc Epistolam scandalum crucis Apostolo præbuit. Nam cum Paulus, consummato iam cursu prædicationis suæ, in carcerem Romæ coniectus esset, & passim pij affligerentur, non solum à tyrannis, uerumetiam à Pseudoapostolis, putauit sui muneris esse scripto confirmare Ephesios, quos præsens docere non potuit: ne uel ob suam crucem, uel propter persecutionem Ecclesiæ, quæ tum temporis maxima erat, à gratia, cuius participes per Euangelij prædicationem facti erant, deficerent. Vt ergo scandalum crucis sanctissimum Christi Apostolum ad scribendum commouit: Ita finis scriptionis fuit, armare Ephesios, ut inuicti persisterent in doctrina Christi, quam à se didicerant.

DE TERTIO.

Quia potissima huius Epistole pars expositione constat, minus se profert status quàm in contentione

COMMENT: IN

tentione aut concertantium oratione, qui tamen deprehendetur facile, sine scriptio- nis cognito. Ex primo igitur, secundo & tertio capitibus hic status principalis colligitur, uidelicet quod doctrina de gratia Dei & misericordia per Christum non sit recens nata, nec ad unum tantummodo genus hominum pertineat, sed hinc usq; antequam conditum mundum ita constitutum fuerit à Deo, ut in Christo saluentur quotquot in ipsum crediderint, non solum Iudaei uerumetiam gentes, inter quas fuerunt Ephesij. Hic status expositione copiosa explicatur, & multis grauib; uerbis & sententijs exornatur, idq; in tribus primis capitibus. Hinc clarissimè patet quàm necessaria sit doctrina quae in hac Epistola traditur. In postremis tribus capitibus uariae texuntur paræneses & officia cum communia omnibus, tum certis ordinibus peculiaria pijs commendantur.

DE QVARTO.

Occasione scriptio- nis, statu, sineq; cognitio- nis, facilius tractationis ordo seu methodus monstrari & intelligi potest, praeter epigrapham, salutationem & epistolarem clausulam, duae sunt huius Epistolae principales partes, uidelicet διδασκαλία & παραινέσις: quarum prior natura, haec posterior doctrina existit. Est enim haec perpetua Moysi, Prophetarum, Christi, Apostolorum, adeoq; omnium recte

E
recte docent
quam primo
tiones, minas
extruant. Ita
cant. Parum
mulis quibusda
gas, repugnant

Porro prior
est λογισμῶν, &
positionem myst
in genere erga
nouum salutis
nem mundi con
tris caelestis, qu
credentes. Den
dat thesaurum ad h
tionis beneficium
sunt Ephesij) ex
dum in expositi
aliis causas &
gentissimè enim
materiales, form
eodem repetens,
in animis Ephe
tum ne ob illa
Hinc est quod e
suum mysterium

EPIST: ADEPHES:

recte docentium Methodus quod ex doctrina quam primo loco tradunt admonitiones, exhortationes, minas, obiurgationes, consolationes, &c. extruant. Ita enim doctrinam auditoribus applicant. Parum est siquidem rectè docere, nisi stimulis quibusdam segnes excites, trepidantes erigas, repugnantes obiurges &c.

Porro prior pars quæ est διδασκαλία non est λογισικὴ, sed διευθυντικὴ. Continet enim expositionem mysterij salutis nostræ: idq; primum in genere erga electos omnes, indicans non esse novum salutis mysterium, sed ita ante creationem mundi constitutam esse ex mera bonitate patris cælestis, quod velit in filio suo dilecto salutare credentes. Deinde genus distribuit & accomodat thesin ad hypotheses, ostendens reconciliationis beneficium ad Iudæos & gentes (inter quas sunt Ephesij) ex æquo pertinere. Et quemadmodum in expositione fieri Rhetores precipiunt, altius causas & circumstantias inculcat. Diligentissimè enim huius mysterij causas efficientes, materiales, formales & finales assignat: subinde eadem repetens, cum ut eò maius tanti ministerij in animis Ephesiorum desiderium accendatur, tum ne ob ullas causas à tanta gratia deficient. Hinc est quòd & dicat se Deo gratias egisse, quòd suum mysterium, de salute hominum reuelarit

B Ephesijs

COMMENT. IN

Ephesijs, & testetur se rogasse Deum pro Ephesijs, ut in huius mysterij cognitione indies magis magisque proficiant.

Vt autem persuadeat Ephesijs, quod gratuita salus ad ipsos quoque pertineat, exponit quomodo sit per reuelationem Iesu Christi uocatus & instructus, ut Euangelium, de gratuita salute prædicaret non solum Iudæis uerumetiam gentibus, sublato per aduentum Christi inter Iudæos & gentes discrimine: adeo ut ex æquo gentibus & Iudæis salus offeratur gratuita, sola fide accipienda.

Hactenus de priori Epistolæ parte, quam δολογία & gratiarum actione suo more claudit.

Hic diligenter attendant lectores quæ appositè omnia scopo & fini scriptionis accommodentur. Si gratia adeò oppulente effusa est in omnes homines: Si mysterium salutis ante mundi conditionem propositum iam prædicatur: Si in filio dilecto charos habet credentes: Si spiritu suo salutem & gratiam obsignat: Si Apostolos & legatos huius mysterij gratia mittit: Si gratuitum beneficium est: Si prædicatione huius beneficii laus & gloria Dei spectatur: Si denique sanctitas & salus hominum queritur: Quis non nisi omnino mentis inops & propriæ salutis contemtor, fatebitur summè necessarium esse persistere in hac doctrina, & inuictò animo quasuis ærumas
potius

potius ferre
dere?
Posterior
& multiple:
postulus ad u
communis off
cendit. Tum a
uitijs auocat,
collationem est
nestica discipli
rentibus & lib
at τὰ ἰσὰ & ὁ
dant: que om
rit, & accom
Post hæc τὰ
componit, eaq;
teanam hostem
rangit petitione
fremo de Tych
nisi, mentione
suum statum ad
suo more sancti
dita de ordine
Epistolæ.
In explicat
hunc egomere:
in summariam
la capita cogit

EPIST: AD EPHE:

potius ferre, quàm tanta gratia & salute exci-
dere?

Posterior pars quæ parenctica est, uaria est
& multiplex. In hac enim primùm hortatur A-
postolus ad unitatem spiritus in charitate, hinc ad
communia officia tanquàm ad species generis des-
cendit. Tum à pugnantis cum uocatione nostra
uitijs auocat, & quid facere pios oporteat per
collationem ostendit. Huc addit præcepta de do-
mestica disciplina, maritis enim & uxoribus, pa-
rentibus & liberis, dominis & seruis præcipit,
ut τὰ ἴσα & ἀνάλογα officia sibi inuicem red-
dant: quæ omnia à fidei & charitatis fonte hau-
rit, & accommodat singulis quod ipsis conuenit.
Post hæc πᾶσι μίλιαι Christianorum
componit, eaq; armat suos Ephesios aduersus Sa-
athanam hostem salutis hominum, huic parti sub-
iungit petitionem, ut Ephesij pro se orent. Po-
stremò de Tychico quem ad ipsos cum Epistola
misit, mentionem facit, à quo ipsos cognoscituros
suum statum admonet, atq; ita tandem Epistolam
suo more fausta imprecatione claudit. Hæc sint
dicta de ordine seu methodo tractationis huius
Epistolæ.

In explicatione autem singulorum capitum
hunc ego more meo seruabo ordinem. Primum
in summariam quandam comprehensionem singu-
la capita cogam & contraham. Deinde singulo-

B 2 rum

COMMENT: IN

rum capitum ordinem et partes indicabo. Postremò exegesis unà cum obseruatione doctrinarum incidentium & illarum accommodationem ad usum & πρῶξις adijciam. Primum facit ut quæ oratorio dicendi genere enunciata sunt, ad dialecticam summam reuocata facilius comprehendantur ac breui orationis complexu concepta tenacius memoriæ adhærescant. Medium cùm interpretem tùm ipsos discentes iuuat. Interpretem quidem ne oblitus eorum quorum potissima ratio habenda erat, in peregrinas sententias, nihil ad auctoris mentem facientes, perrumpat: quæ res postea multas corruptelas, uarietatem opinionum, disputationes iuuitiles, schismata & hæreses parit: Discentes uero quod præter ordinis obseruationem, qua in omni re nihil pulchrius, penitius rerum pondera & momenta perspiciant: Vnde iudicium in discantibus formatur, ut in alijs scriptis œconomiam orationis ipsi obseruent facilius. Postremum ordinem rerum expendit, obscura illustrat, confusa retexit, ac rerum quæ traduntur usum in uita indicat, qua quidem ratione efficitur ut doctrinam, consolationem, patientiam & spem, iuxta dictum Apostoli, ex scripturis hauriamus.

CAPVT PRIMVM.

SVM.

E
SVI

DEUS qui dilectio
mysterium sal
cosdem suo spir
sios Paulus testa
pro illis, precca

OR.

Ordo cap
uorum
fio, sunt ra
gratia Dei in
sine effusa. Hu
ga genus human
sus Rhetorico
hinc gratiam
predicat, illustr
rum & effectua
ad hypotheses
tionem iudeis
tibus sed sub n
Ephesij gratia
& de perse
gratias agere

EPIST: AD EPHE:
SV MMA CAPITIS
PRIMI.

DEus quos iuxta suum beneplacitum in filio dilecto in laudem gloriæ suæ elegit, ijs ut mysterium salutis per Euangelium reuelat: Ita eosdem suo spiritu obsignat, inter hos esse Ephesios Paulus testatur. Quare & gratias agit Deo pro illis, precaturq; ut abundant magis.

ORDO ET PARTES
CAPITIS.

ORdo capituli hic est. Post epigrapham & Quotum sequitur primo loco gratiarum actio, sumpta ratione à multiplici benedictione & gratia Dei in totum genus humanum liberalissimè effusa. Huc additur huius gratiæ Dei erga genus humanum illustris expositio, idq; prorsus Rhetorico more. Nam primum liberalem hanc gratiam Dei erga genus humanum deprecatur, illustrat & amplificat ex locis causarum & effectuum. Deinde descendit à thesi ad hypotheses duas, & hanc gratiæ participationem Iudeis accommodat primum, postea gentibus sed sub nomine Ephesiorum. Præterea ut Ephesij gratiæ huius magnitudinem agnoscant & de perseverantia cogitent, memorat se Deo gratias agere pro reuelato ipsis mysterio salutis,

B 3 &

COMMENT: IN

Orare Deum ut magis crescant & abundant:
Vnde rursus in beneficiorum Dei prædicationem
dilabitur.

EXEGESIS PRIMI CAPITIS
CVM OBSERVATIONE
DOCTRINARVM.

Paulus Apostolus Iesu Christi
per uoluntatem Dei, sanctis qui sunt
Ephesi, & fidelibus in Christo Iesu.

Duæ sunt huius Epigraphæ partes, quarum
prior continet tria, uidelicet proprium
personæ scribentis nomen, officij dignitatem &
functionis Apostolicæ autoritatem. Hinc pri-
mum colligamus quanti facienda sit doctrina
Pauli, qui per uoluntatem Dei constitutus sit Iesu
Christi Apostolus. Deinde hinc discamus in gene-
re nõ solum quæ sit ministrorum uerbi adferenti-
um doctrinæ in Pauli autoritas, uerumetiam qualis
confesso functionis eorum requiratur. Ex utroq;
concludendum est, nullis humanis conciliabulis
aut ullorum hominum autoritati cedendum esse,
si quid contra hanc Apostolicam doctrinam præ-
cæperint aut attulerint. Non enim par est ut au-
toritas & uox Dei, hominum aut Diabolorum
traditionibus & eminentiæ cedant, Huc illud
Pauli

E
Pauli ad Gal
gelizauerit e

Posterior
minat, quib
sios, uerumet
ornat, cum r
quæ sane duo
quocumq; recte
rissime dicatur
possunt, siquid
est, & rursus se

Sancti autē
angelij sepora
ducit nos in fa
mur & mundan
dit, eius sangu
hec eadem hac f
uis placentes D
Quocumq; ergo
di purificatur se
hostiam suam p
re sanctus est, et
indies abluere co

Hic locus est
fidei, & quod f
Deo sanctus ce
ut Chrysostr

EPITIT: AD EPHE:

Pauli ad Galat. Si quis aliud Euangelium Euangelizauerit anathema sit.

Posterior Epigraphæ pars non solum eos nominat, quibus Apostolus scribit, nempe Ephesios, uerumetiam eosdem maxime augustis titulis ornat, cum ipsos & sanctos & fideles nominat: quæ sane duo ita natura sunt coniuncta, ut de quocunq; recte dicitur unum, alterum quoq; uerissime dicatur. Non enim à se inuicem separari possunt, siquidem quicumque uere credit sanctus est, & rursus sanctus omnis credit.

Sancti autem efficitur hoc pacto. Fides Euangelij separat nos à prophanitate mundi & inducit nos in familiam Dei, hac ipsa fide purificamur & mundamur. Nam qui in Christum credit, eius sanguine & purgatur & sanatur. Ad hæc eadem hac fide sistimur Deo, ut simus hostia uiua placentes Deo per IESVM CHRISTVM. Quicumq; ergo segregatur à Prophanitate mundi, purificatur sanguine Christi, mactatur Deo in hostiam uiuam per IESVM CHRISTVM uere sanctus est, etsi in se adhuc sentit maculas quas indies abluere conatur.

Hic locus ostendit, & quæ sint adiuncta ueræ fidei, & quod fidelis iudicio spiritus sancti coram Deo sanctus censeatur. Perpulchrè hoc loco monet Chrysostomus, inquiens: Ecce sanctos uocat

B 4 uiros

COMMENT: IN

uiros habentes pueros, uxores & familias: sequitur enim postea compellatio qua compellat maritos, uxores, dominos & seruos, & illis commendat analogia officia. Confutatur proinde hac appellatione pestilens Monachorum error, qui sanctitatem ponunt in celibe uita & ficta uirginitate. His addo & eos confutari hoc loco qui paupertatem electitiam tanquam sanctitatis Christianae consumationem iactant. Nam inter Ephesios fideles multi erant qui abundabant opibus, & conuersi praedicatione Pauli non abiecerunt facultates.

Gratia uobis & pax à Deo patre nostro, & Domino Iesu Christo.

Hoc uotum Apostoli seu fausta imprecatio continet summam beneficiorum Euangelij, Primum precatur Ephesijs suis gratiam: quae cum beneuolentiam Dei gratuitam, tum quicquid donorum nobis à Deo datur, significat. Deinde precatur pacem, id est reconciliationem nostri cum Deo, & ea quae cum hac reconciliatione coniuncta sunt, ut sunt gaudium spiritus, tranquilla conscientia.

Vnde autem ueniat & per quem nobis contingat ista gratia & pax exponit cum addit: **A Deo patre & à Domino nostro Iesu Christo.**

A Deo

A Deo qu
mino uer
ipse pater
lus gratia
tum est. Hi
confodunt
chorum som
ritis congru
gratia praed
tuntur & da
quomodo ex
stat dictum
non amplius
gratia. Si ex
oqui opus ne
opponit gra
tio nequaqu
Praterea
ni à Deo con
Deo per De
Remittit ita
& simul fia
omne bonum
tie & paci
ita homo ej
tum refert
oblata haec
posidetur

EPIS: AD EPHES:

A Deo quidem patre ut principio & fonte, à domino uero Iesu Christo, ut mediatore. Ut enim ipse pater fons omnium gratiarum existit: Ita filius gratiæ & pacis omnis, & materia & meritum est. Hic igitur statim uelut in limine epistolæ confodiuntur omnia humana merita & Monachorum somnia de ipsorum traditionibus, de meritis congrui, digni & condigni. Quoties enim gratia prædicatur, toties humana merita evertuntur & damnantur. Nam quod ex gratia est quomodo ex merito esse potest? Immotum enim stat dictum spiritus sancti Roma: II. Si ex gratia, non amplius ex operibus, alioqui gratia non est gratia, Si ex operibus, non amplius est gratia, alioqui opus non amplius est opus. Hic Apostolus ita opponit gratiam & opus, ut utrunq; eidem tertio nequaquam tribui possit, nec alterum alteri.

Præterea docet hæc imprecatio nihil nos boni à Deo consequi posse, nisi quod proficiatur à Deo per Dominum nostrum Iesum Christum. Remittit itaq; nos Paulus ad fontem omnis boni, & simul fidem requirit, qua de fonte hauritur omne bonum. Ut enim fundamentum huius gratiæ & pacis ἐνδοξία paterna in Deo misericordie: ita homo est terminus ad quem, fide fundamentum refertur. Est enim fides instrumentum, quo oblata hæc gratia & reconciliatio accipitur & possidetur.

B 5 Bene=

COMMENT: IN
Benedictus Deus & pater Domini nostri Iesu Christi.

Orditur Apostolus à gratiarum actione: quæ eò pertinet, ut nos nostri admoneat officij. Non enim decet ut ullam gratiam Dei prætereamus absq; eius laude & prædicatione.

Benedictionis uocabulum, quo hîc utitur Paulus, non habet simplicem significationem, sed ratione obiecti uariat. Aliter enim Deus homini: aliter homo Deo: aliter rursus homo homini benedicit. Cum Deus homini benedicere dicitur, sensus est, quod Deus homini dicendo beneficiat. Nam Dei dicere, facere est. Homo Deo benedicere iudicatur, cum ex fide uera Deum ob sua beneficia laudet ac celebret per Christum, idq; corde & externa confessione, hoc ita esse patet ex eo, quòd scriptura utatur promiscue uerbis εὐχαρισῆν & εὐλογῆν: homo homini benedicit quando ei fausta ac prospera precatur.

Cæterum sacerdotalis benedictio non hominis censenda est solummodo, sed Dei potius, in qua obseruandum est mandatum & promissio. Mandatum extat Num: 6, Benedicetis, ait Dominus, filijs Israël, & dicetis eis: Benedicat tibi Dominus & custodiat te, illuminet Dominus faciem suam super te & misereatur tui. Leuet Dominus faciem suam super te & det tibi pacem.

Pro-

ET
promissio est
per filios Isr
missio fide ac
rito, in quo
Amen.

Qui ben
nedictione
Christo.

Ratio grati
breuitate max
enim fontem &
est, prosperitati
trem, qui ex su
nedixit. Demã
nem, in quem De
sime effundit. Tu
arem, de qua hic
qua adoptamur
ne. Huc addit qu
cularem benedi
dam esse, sed in
tam, illic consum
huius spiritualis
nim materia &
nedictionis.

Vide quam
mis uerbis com
secundum me

EPIST: AD EPHESIOS.

Promissio est: Inuocabunt sacerdotes nomen super filios Israël & ego benedicam eis. hæc promissio fide accipienda est, & nititur Christi merito, in quo omnes promissiones sunt etiam & Amen.

Qui benedixit nobis in omni benedictione spirituali in cœlestibus Christo.

Ratio gratiarum actionis, in qua singulari breuitate maximas res comprehendit. Primum enim fontem & autorem omnis benedictionis id est, prosperitatis monstrat, uidelicet Deum Patrem, qui ex sua paterna beneuolentia nobis benedixit. Deinde obiectum indicat, nempe hominem, in quem Deus suam benedictionem liberalissime effundit. Tum definit benedictionem peculiarem, de qua hic agitur, esse gratiam spiritualem qua adoptamur & efficimur heredes uitæ æternæ. Huc addit quarto loco hanc eximiam & peculiarem benedictionem non in mundo quærendam esse, sed in cœlo: hic quidem prius inchoatam, illic consumendam esse. Postremo materiam huius spiritualis benedictionis addit. Christus enim materia & meritum est huius spiritualis benedictionis.

Vide quàm multa & quàm diuina paucissimis uerbis complexus sit Apostolus. Primum & secundum membrum ut Deum omnis boni fontem

tem

COMMENT: IN

tem esse docent: Ita arrogantiam humanam deprimunt. Tertium beneficia Euangelij spiritualia esse docet. Quartum nos fide in cœlum mittit, Vbi thesaurus omnis benedictionis in Christo repositus est. Postremò ualidè humana merita evertit. Non enim in alio est meritum huius cœlestis benedictionis, quàm in solo Christo.

Sicut elegit nos in ipso ante creationem mundi, ut essemus sancti & irreprehensibiles coram ipso in dilectione.

Ætiologia est. Nam ut proximo uersiculo rationem posuit cur merito à nobis bonitas Dei prædicanda sit, uidelicet quòd liberalissime in nos effuderit benedictionem spiritualem, qua benedixit nobis in Christo: ita hic subiungitur rationis redditio per expositionem, in qua ut fundamentum et materiam, ita tempus & finem proximum cœlestis illius gratiæ seu benedictionis spiritualis, ueluti breuissimo quodam aphorismo complectitur: quò hoc mysterium plenius nobis ob oculos ponatur.

Fundamentum benedictionis spiritualis, seu gratiæ cœlestis, seu salutis nostræ facit electionem æternam, qua Deus elegit credituros ante constitutionem mundi.

Materia

E
Materia
cœlestis gra
summpere
mus à sua ma
electio sine
citer sed in Ch
Christo capiti
nem in Christo
tam esse pronu
nam recens nat
stum consequen
rent Ephesij,
consilium sui
Christum crea
Finis benedi
ut sumus sancti
dilectione, que
quirit prouide
& innocentiam
seu effectum spir
Hactenus ser
iam quid doctrin
dum sit uideamus
Primum itaq
Christo ante mu
cipio immoto h
licet, quòd grat
quòd electio n

EPIST: AD EPHE S:

Materia est Christus. In eo enim solo residet
coelestis gratia, adeoque uita & salus nostra. Hic
summopere cauendum est ne electionem separe-
mus à sua materia. Non est enim cogitanda ulla
electio sine Christo, non elegit nos Deus simpli-
citer sed in Christo, hoc est, ut Christi membra,
Christo capiti coniuncta per fidem. Hanc electio-
nem in Christo, ideo ante mundi conditionem fa-
ctam esse pronunciat, ne fortuito casu, ut doctri-
nam recens natam Euangelium de salute per Chri-
stum consequenda predicari ab Apostolo puta-
rent Ephesij, sed ut scirent potius aeternum Dei
consilium fuisse salutem impartiri omnibus in
Christum credentibus.

Finis benedictionis coelestis proximus additur
ut simus sancti & irreprehensibiles coram ipso in
dilectione, quae fons aliorum officiorum est. Re-
quirit proinde uocatio haec augusta sanctitatem
& innocentiam uitae, tanquam proximum finem
seu effectum spiritualis benedictionis.

Haec sententiam Apostoli exposuimus,
iam quid doctrinae & consolationis inde haurien-
dum sit uideamus.

Primum itaque ex eo quod dicat nos electos in
Christo ante mundi creationem, tanquam ex prin-
cipio immoto has concludamus hypotheses, uide-
licet, quod gratuita sit electio, quod sit extra nos:
quod electio non sit querenda in materia homi-
nis:

COMMENT. IN

nis: quòd electio sit firma & rata: quòd salus nostra fundetur in solo Christo: quòd omne humanum meritum excludatur: quòd electi dicantur qui in Christo sunt per fidem, firmum enim stat salutis nostræ principium. Qui credit in Filium non peribit, sed habebit uitam æternam, per fidem enim fit transitus ab æterna electione ad futuram glorificationem.

Quidam ex hoc loco sic ratiocinantur. Deus elegit quosdam in Christo ante creationem mundi, ergo Deus ordinauit lapsum hominis ante mundum conditum. Nam ex ijs qui lapsi erant, quidam eliguntur ad uitam, quidam iustæ damnationi reseruantur. Iam cum necesse sit ante lapsum stetitisse homines, sequitur quod Deus ordinauerit creationem hominis in iusticia & sanctitate unde caderet per peccatum. Sunt igitur à Deo ordinata creatio hominis, corruptio hominis, electio similiter & reprobatio.

Ad hoc argumentum respondeo: quòd aliud sit ordinare & efficere, aliud præscire in suo æterno. Deus ordinauit creationem hominis ad imaginem suam, ut esset iustus & sanctus: & fuit Dei uoluntas paterna, ut sua creatura talis permaneret. Præsciuit quòd esset casurus homo, deceptus à Satana, non tamen ordinauit casum, Imò casus iste fuit contra ordinem diuinum, alioqui lethalis

thalis neque
præsciret n
electionem

Non est
sed contra
Non enim pe
Deinde scient
omni tempore
prius quæquam

Paulus itaq; c
constitutionem
qui tum demum
to, quando in
innocentiæq;

Hinc seq
quorundam uo
damnabit me

tabile est: Si no
uac fides, nec u
ma refutat elec
li. Electi sumus

electi sumus si in
Christum credi
sua damnatur c
erit apprehend
gere. Hoc præ
Deus itaco em
res, ut præda

EPIST: ADEPHES:

thalis nequaquam homini fuisse. Verum cum
præsciret morbum, ordinavit remedium, nempe
electionem lapsi hominis in Christo Iesu.

Non est ergo præscientia Dei causa lapsus,
sed contra lapsus futurus fuit præscientiæ causa.
Non enim pendet res à scientia sed scientia à re.
Deinde sciendum est quod electio Dei sit æterna,
omni tempore superior, ut temporis ratione nec
prius quicquam, nec posterius in illa habeatur.
Paulus itaq; cum dicat Deum nos elegisse ante
constitutionem mundi, loquitur nostri respectu,
qui tum demum electi dicimur æterno Dei decre-
to, quando in Christum credimus & sanctitati
innocentiæq; studemus.

Hinc sequitur execrandas esse blasphemias
quorundam uoces, qui dicunt: Si electus sum non
damnabit me mea iniquitas, Dei consilium immu-
tabile est: Si non sum electus nec mihi proderit
nec fides, nec uirtutis studium, has uoces blasphe-
mas refutat electionis modus, qui est conditiona-
lis. Electi sumus in Christo, ergo hac conditione
electi sumus si in Christo fuerimus: hoc est, si in
Christum crediderimus. Quare qui damnatur
sua damnatur culpa, præterea quod lapsus noluit
apprehendere dexteram Dei uolentis se eri-
gere. Hoc probatur sine ministerij uerbi. Nam
Deus ideo emisit Apostolos & eorum successo-
res, ut prædicent Euangelium & credentes ha-
beant

COMMENT: IN

beant uitam eternam. Est proinde reuera conditionalis nostra salus, sicut etiam hæc Pauli dicta testantur. Ad Collossenses 1. Si modo in fide permaneat fundati. Ad Hebr. 3. Participes facti sumus Christi, si modò principium fiducie usq; ad finem firmum teneamus 1. Timoth: 2. Mulier saluabitur si manserit in fide. 2. Corinth. 5. Si tamen uestiti & non nudi reperiamur. Christus similiter hanc conditionem inculcat. Qui crediderit saluabitur, qui non crediderit damnabitur, Lucæ 13. Nisi poenitentiam egeritis similiter omnes peribitis, Iohan. 13. Si manseritis in me & uerba mea in uobis manserint. Apud hanc uerbi Dei simplicitatem constanter maneamus: nec sinamus nos ab ea ulla sophistica abduci: tribuamus Deo laudem ueritatis, & uerè statuamus ipsum id reuera uelle, quod uerbo suo se uelle testatur.

Verùm si non poterimus respondere ad omnes Sophistarum argutias qui uariè scripturam torquent ut sua fatalia decreta communiunt, fateamur nos infantes esse in schola Christi, & elementa pietatis quæ hausimus summa fide retineamus, nec sinamus nobis eripi hæc dulcissima dicta. Fidelis sermo & omni approbatione dignus, quod Christus uenit in hunc mundum ad saluandum peccatores. Item, hoc honestum & acceptandum est coram saluatore nostro Deo, qui omnes uult saluare

E
saluare & ad
enim Deus, un
homo Iesus Ch
no ego pro c
ueni in munda
res ad poenit
omnes qui labor
labores: Et Pe
longanims ergo
omnes ad poenit
qui credit in eu
finitio iudæi &
nes in omnes
Apparuit gra
nibus, erudien
mundanis defici
mus in hoc secul
apparitionem gl
nobis Iesu Chri
opponamus omni
plura nos inter
noyisou, asine
placet, appetit
tu, quem certo f
Qui præc
nem filiorum
seipsum, sec

EPIST: AD EPHE:

saluare & ad cognitionem ueritatis uenire, unus enim Deus, unus etiam mediator Dei & hominum homo Iesus Christus, qui dedit semetipsum $\alpha\upsilon\tau\iota\lambda\upsilon\gamma\omicron\pi$ pro omnibus. Dominus ipse ait. Non ueni in mundum ad uocandum iustos, sed peccatores ad pœnitentiam. Et rursus. Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis, ego refocillabo uos: Et Petrus in tertio, secunde, Deus est longanimis erga Vos non uolens ullos perire, sed omnes ad pœnitentiam recipere. Rom. 10. Omnis qui credit in eum non pudefiet, non est enim d̄stinctio Iudæi & Græci, nam idem Dominus diues in omnes inuocantes eum. Et ad Titum 2: Apparuit gratia Dei salutaris omnibus hominibus, erudiens nos, ut abnegata impietate & mundanis desiderijs modestè, iustè, & piè uiuamus in hoc seculo, expectantes beatam spem & apparitionem gloriosam magni Dei & saluatoris nostri Iesu Christi. Huiusmodi dicta constanter opponamus omni sophisticæ, nihil morantes si Sophistæ nos interim stultos, rudes, bardos $\alpha\sigma\upsilon\lambda\omicron\gamma\iota\sigma\omicron\upsilon\varsigma$, asinos, & quicquid istorum libidini placet, appellitèt: Christus solus sit nostra sapientia, quem certo scimus omnem sophisticam odisse.

Qui prædestinauit nos in adoptionem filiorum per Iesum Christum in seipsum, secundum beneplacitum uoſ
C luntæ

COMMENT: IN

luntatis suæ in laudem gloriæ & gratiæ ipsius, qua nos gratos reddidit in dilecto, in quo habemus redemptionem per sanguinem eius, remissionem peccatorum iuxta diuitias gratiæ ipsius.

Expositio seu Ætiologiæ proximæ ἐπεξεργασίας est, hoc est, illustris quedam expolitâq; cum maiori rerum uerborumq; pondere ac circumstantiarum notatione repetitio, hic enim Apostolus altius repetit & inculcat quod antea dixerat, cumulans quæ ad ἐνεργείαν et euidentiā facere uidebantur. Nos autem ut thesaurum in hac pericopa contentum commodius eruamus, & nobis applicemus, ἀνάλωσιν instituamus, singula membra seorsim consideremus, perpendamusq; exactius.

SVNT AVTEM HVIVS
pericopæ octo membra.

Primò loco, repetit ipsum fundamentum seu primam causam benedictionis nostræ spiritualis, hoc est, salutis nostræ, nimirum ipsam prædestinationem, qua Deus ante mundi constitutionem præsciuit salutem eorum qui erant credituri in Christum. Vt enim electionis, ita & prædestinationis materia est unicus Iesus Christus Dominus noster.

Secundo

IN
gloriae & gra-
tios reddidit in
nus redemptio-
nis, remissioe
diuitias grati-
roxime e'tre e'p'p
am expolitaq; cu
ondere ac circum
io, hic enim Apo
at quod antea dicit
ep et eudentum se
ut thesaurum in hoc
lius eruamus, & no
stituamus, singula
, perpendamusq;
HVIVS
mbra.
fundamentum seu
nostra spiritualis,
um ipsam predesti-
nandi constitutionem
erant credituri in
ita & predestina-
Christus Dominus
Secundo

EPIST: AD EPHE:
Secundo loco, prædestinationis formam ponit,
nempe ὑὸς θεοῦ ἱσθαι, id est, adoptionem qua adopta-
mur in Filios Dei, qui antea propter peccatum
eramus filij iræ, Hæc prædestinata adoptio nobis
per fidem accommodatur iuxta illud. Potestatem
dedit credentibus in ipsum, ut sint Filij Dei. Iam
cum Deus inuitat omnes per prædicationem Eu-
angelij ad fidem, non est dubitandum quin Deus
reuera uelit omnium salutem, absit enim à pijs
mentibus procul, sentire cor misericordis discrepa-
re à uoce uocantis.

Tertio loco, quia peccato primorum paren-
tum et nostro proprio uitio effectum est, ut simus
à Deo abalienati, & procul ueluti repulsi à fa-
milia Dei, Apostolus medium ostendit quo rursus
Deo iungimur, recipimur in familiam Dei, ac ad-
optamur in filios. Hoc remediū est Iesus Christus
unicus mediator Dei & hominum fide apprehen-
sus ad prædicationē Euangelij, in qua spiritus san-
ctus est efficax. Hic manifestè omnia humana me-
rita, quantum quidem ad salutem nostram attinet
euertuntur & corruunt, & omnis prærogatiua
carnis & gloriatio confunditur, ut qui gloriatur
in Domino gloriatur: in quo & electi & præde-
stinati sumus.

Quarto loco, causam impulsiuam huius ex-
cellentis gratiæ & adoptionis exprimit, nempe
εὐδοκίαν Dei patris, hoc est, beneuolam, gratui-

COMMENT: IN

tam & paternam affectionem, seu σοφῶν patris
 cœlestis erga genus humanum. Hanc εὐδοκίαν
 angeli prædicant nato Christo, cum inquit:
 Gloria in excelsis Deo, & in terris pax, & erga
 homines εὐδοκία. Hoc ipsum Pater cœlestis te-
 statur quod sup-
 gratia fore pu-
 tum filium fide
 status est de cœlo, inquit: Hic est Filius meus
 dilectus, καὶ ὁ εὐδοκία, hoc est, in quo beneuo-
 lo factus sum animo & propenso ad genus huma-
 num saluandum. Caueamus ergo ne beneplaci-
 tum Dei erga nos quæramus alibi, quàm in solo
 Iesu Christo, quod in ipso absq; omni dubio inue-
 niemus per fidem.

Quintò loco adoptionis nostræ ultimus finis
 additur, qui ter in hoc capite repetitur: uidelicet,
 ut laudetur gloria gratiæ ipsius. Sicut enim à Deo
 est adoptio nostri, ita in Deum tendat oportet,
 ut ipsius bonitas prædicetur ac celebretur per
 Christum Iesum. Hic finis nequaquam separan-
 dus est ab adoptionis gratia: ex quo manifestè
 patet quàm sit necessaria noua obedientia in re-
 natis per fidem. Nam noua obedientia in eo
 sita est, ut Deum celebremus, mente, corde, uoce
 operibus adeoq; tota uita nostra. Pudeat ergo eos
 suæ stultitiæ, qui bona Christianorum opera non
 solum non necessaria esse, uerumetiam officere
 hominibus docent.

Sexto loco, unde & ex quo fonte profluat illa
 εὐδοκία paterna & gratia Dei erga nos aperit,
 cum

EPIS

inquit. C
 tio, hic dilecti
 illa immensa D
 tur quod sup
 gratia fore pu
 tum filium fide

Septimo loco
 et, quod dilecti
 uent, ac peccati
 ipsum firma n
 fra Dei appareat

Octauo loco
 factæ principa
 luxta diuitias
 haustum & ineq
 filium suum dile
 peccati hominum
 Dei, & locus eff
 idiosyncrō hebrai
 gratiam, ut dixi
 consilio hac for
 Nos proinde no
 precium sangui
 rumetiam quant
 de manantis: r
 ad paucos quos
 tot seculis eff

EPIST: AD EPHESIOS.

cum inquit. Qua nos charos habuit in dilecto, hic dilectus Iesus Christus fons ille est, ex quo illa immensa Dei gratia in nos diriuat, Vnde efficitur quod supra annotauimus, neminem huius gratie fore participem nisi qui hunc Dei dilectum filium fide apprehenderit.

Septimo loco, additur de redemptione, uidelicet, quod dilectus ille Dei nos suo sanguine redemerit, ac peccata nostra expiauerit, ut quotquot in ipsum firma recumbimus fide, iusti in conspectu Dei appareamus.

Octauo loco redemptionis nostri per Christum factae principalis signatur causa cum dicitur. Iuxta diuitias gratiae suae, id est, iuxta inexhaustam & ineffabilem gratiam Dei qua uoluit filium suum dilectum uictimam fieri expiaticem peccati hominum, ut ita & satisfaceret iusticiae Dei, & locus esset misericordiae. Diuitiae, gratiae idiotismo hebraico immensam & inexhaustam gratiam, ut dixi, significant, nec sine singulari consilio hac forma loquendi usus est Apostolus. Nos proinde non solum cogitemus quantum sit precium sanguinis Christi in conspectu Dei, Verumetiam quanta sit redundantia gratiae Dei inde manantis: ne quis exstimet hanc Dei gratiam ad paucos quosdam se extendere, aut iam totam tot seculis effusam esse, ut nostris etiam peccatis

COMMENT: IN

qui in finem seculi incidimus expiandis non sufficiat.

Vide quàm diues maximarum earumq; diuissimarum rerum sit hæc breuis pericopa. Quare diligenter discatur, & eius singula uerba perpendantur. Nullibi enim nec breuius nec magis appositè salutis nostræ mysterium describitur.

Quam ubertim effudit in nos, in omni sapientia & prudentia, cognitum nobis faciendo mysterium uoluntatis suæ iuxta beneplacitum eius, quod proposuerat in seipso in dispensationem plenitudinis temporum recolligere omnia in Christo, & quæ sunt in cœlis, & quæ sunt in terra in ipso.

Obseruetur pulcherrima orationis Paulinæ œconomia. Hactenus mire & uerborum & rerum pondere causas benedictionis & salutis exposuit. Iam ad instrumentum quo nobis spiritalis gratia illa reuelatur, offertur, & communicatur, descendit: nempe ad ipsum uerbi ministrum, de quo ministerio non uulgaribus uerbis loquitur, sed grandi orationis genere utitur, idque in hunc finem, ut nobis maiorem huius
cœle-

E I

celestis gratia
inde huius pe
salutarem illa
nos copiosissim
ut omnia rana
uerba singula p
utitur Apostolu
ille gratia Dei
ut sciamus grati
nibus saluandis.
suis gratia, qui
tam fide access
multa & tam
fusa gratia uo
mergi possunt,
familiam Dei per
perint. Nemo er
gitudinem & n
tempus adhuc g
confingat ad ipsi
dam, ut peccator
in gratiam recipi
Effectum I
minimè quod
ni sapientia &
sine uertunt,
Discernantur
pientiam ad p

EPIST: ADEPHES:

caelestis gratiae zelum accendat. Summa pro-
inde huius pericopae est, quod Apostolus doceat
salutarem illam Dei gratiam per Euangelium in
nos copiosissime effundi, iuxta beneplacitum Dei,
ut omnia tandem in Christo recolligantur. Iam
uerba singula perpendamus exactius. Primò loco
utitur Apostolus uerbo $\pi\omicron\rho\rho\iota\omega\epsilon\upsilon\epsilon\gamma$ quo diuitiae
ille gratiae Dei significantur, de quibus dixerat,
ut sciamus gratiam Dei sufficere omnibus homi-
nibus saluandis. Nunquam enim ita exhauritur
fons gratiae, quin inde haurire quilibet possit qui
eum fide accesserit, nec peccata hominum tam
multa & tam magna esse possunt, quin huius ef-
fusa gratiae ueluti diluuiò quodam obrui & sub-
mergi possint, modo in arcam Noë, id est, in
familiam Dei per fidem Christi se homines recœ-
perint. Nemo ergo ob peccatorum suorum ma-
gnitudinem & multitudinem desperet, sed dum
tempus adhuc gratiae est, maturè resipiscat ac
confugiat ad ipsum qui se clamat uenisse in mun-
dum, ut peccatores saluos faciat & pœnitentes
in gratiam recipiat.

Effectum Euangelij in auditoribus addit,
nimirum quod per illud instituantur in om-
ni sapientia & prudentia. Ita enim rectis-
sime uertunt, uetus interpres, & Erasmus.
Discernuntur nutem hæ uoces rectissime, si sa-
pientiam ad $\gamma\upsilon\omega\sigma\iota\upsilon$, prudentiam uero ad $\pi\epsilon\gamma\acute{\alpha}$

C 4 ξιρρε

COMMENT: IN

Ep̄ referamus. Illa enim duo nos ex prædicatione Euangelij haurire oportet. Sapientia ergo significat cognitionem Euangelij, id est, noticiam Dei eorumq; omnium, quæ ad salutem consequendam cognitu necessaria sunt. Prudentia ut consiliorum & actionum moderatrix, eam noticiam uitæ formandæ & actionibus accommodat, ut non solum in cognitione, uerumetiam in sensu, ut loquitur Apostolus Philip. I. abundemus. Ex hoc effectu Euangelij colligantur sequentes hypotheses.

Prima, prædicationem Euangelij esse reuelationem gratiæ Dei erga genus humanum, adeoq; electionis qua Deus homines in Christo elegit.

Secunda, sapientiam plenam & prudentiam filiorum Dei in Euangelio contineri, quantum quidem ad salutem consequendam satis est.

Tertia quæ ex superioribus concluditur, intrepidè licere filiis Dei omnes doctrinas hominum & angelorum Euangelio aduersantes aspernari, imò execrari, iuxta illud. Anathema sit qui aliud Euangelium prædicauerit.

Porro cui mox addit Apostolus. Cognitum faciendo uobis mysterium uoluntatis suæ iuxta beneplacitum suum. iterum commendat nobis Euangelium, in qua commendatione tria sunt præcipuè obseruanda.

Primum quòd Euangelium mysterium nominet,

E
ut, id est, ar
sapientia rati
gratiæ. Nam
illud Paulus
huius ratione
bis: Iuxta Eu
su Christi, secu
à temporibus et
tum est manife
stus ex imperio
nibus gentibus
Secundum
uoluntatis Dei
quam est ill
gentes omnes e
enim paulo ant
Quod autem
citi Dei respon
latam salutem
perniciem. E
consilium Dei
salis. At si eue
detur quod san
Dei creatis e
enim reuera u
ad agnitionem
pius ostem
tam esse docu

EPIST: AD EPHE S:

net, id est, arcanum, ex quo sequitur quod non sit sapientia rationis humane, sed super celestis gratie. Nam si ratione deprehendi potuisset, non illud Paulus uocasset mysterium, appellationis huius rationem exponit Roma: ultimo hisce uerbis: Iuxta Euangelium meum & preconium Iesu Christi, secundum reuelationem mysterij, quod a temporibus aeternis tacitum fuit, nunc uero factum est manifestum & per scripturas Propheticas ex imperio aeterni Dei, in obedientiam omnibus gentibus reuelatum est.

▷ Secundum, quod Euangelium sit mysterium uoluntatis Dei iuxta beneplacitum ipsius, sed quanam est illa uoluntas beneplaciti in Deo? ut gentes omnes credant Euangelio & obediant. Ita enim paulo ante uerbis Apostoli docuimus.

Quod autem euentus non uoluntati beneplaciti Dei respondeat, culpa fit hominum, qui oblatam salutem maligne respuunt in propriam perniciem. Est proinde predicatio gratie si consilium Dei & beneplacitum respicis, uniuersalis. At si euentum consideras particularis uidentur quod sane fit proprio hominis uitio non Dei creantis & dantis filium destinatione. Ipse enim reuera uult omnes homines saluos fieri, & ad agnitionem ueritatis uenire, sicuti supra copiosius ostendimus, ubi electionem conditionatam esse docuimus.

C 5 Tertium,

COMMENT: IN

Tertium, quod Apostolus eandem patefactionis mysterij causam facit, quam supra æternæ electionis & prædestinationis fecerat, nempe *ἐὐδοκίαν* Dei Patris. Vnde monemur de electione & prædestinatione iudicandum ex uocatione, quæ uocatio eum & sit uniuersalis, iuxta illud: *Ite in mundum uniuersum & prædicate Euangelium omni creaturæ* (Dum omnem creaturam uominat, tollit personarum & nationum discrimina.) Et habeat annexam conditionem fidei iuxta illud. *Qui crediderit saluus erit?* Erit etiam electio & prædestinatio conditionata, ut quæ à Christo sua materia non sit separanda.

Sequitur huius beneplaciti Dei duplex *πρόθεσις*, prior de tempore patefactionis mysterij Euangelij, posterior de fine patefactionis. Cum enim dicit: *in dispensationem plenitudinis temporum*, significat tum demum beneplacitum Dei patefactum fuisse, quando tempus quod constituerat apud se Deus impletum fuit, hoc autem tempus, ut signo à Iacobo Patriarcha est notatum: Ita à Daniele termino certo signatum est. Iacob ait: *Non auferetur sceptrum de Iuda donec ueniat Silo*, hoc est, Semen mulieris promissum parentibus. Daniel septuaginta hebdomadas annorum à captiuitate Babylonica usq; ad Christum Dominum numerat de hoc tempore loquitur Paulus ad Galat: cum inquit, *Quando uenit plenis*

plenitudo
tum ex multi
ge erant, red
Vocabulu
usus est, gra
est duplex
curam & adm
sed metaphoric
rendarum &
ationis rerum
est de fine pate
recolligere om
græca qua Pau
significat qua
ueluti corpus e
gere. Est enim
tum deductum e
rum subductio,
nam collectio.
tura dispersas i
iam collectæ sin
sequitur totam
lunt, inquit, im
credentes qui na
nam naturam d
est, omnes qui
dituri sunt, si
nam multis

EPIST: AD EPHE S:

plenitudo temporis emisit Deus filium suum natum ex muliere, factum sub lege, ut eos qui sub lege erant, redimeret.

Vocabulum dispensationis, quo hic Paulus usus est, græcè δίκονομία est, huius uocis usus est duplex. Aliàs enim, idq; iuxta ἔτυμον, notat curam & administrationem rei domesticæ. Aliàs sed metaphoricè, significat ordinem rerum gerendarum & certum administrationis & traditionis rerum ordinem. Posterior προΐσασις est de fine patefactionis beneplaciti Dei, qui est recolligere omnia summam in Christo. Vox græca qua Paulus usus est, ἀνακεφαλαιώσασθαι, significat quæ disita & dispersa fuerunt in unum ueluti corpus coniungere, ac uni capiti subiungere. Est enim κεφάλαιον (unde græcum uerbum deductum est) ueluti summaria quædam rerum subductio, & tanquam quædam partium in unum collectio, significat ergo Apostolus creaturas dispersas in unum colligi per Christum, ut iam collectæ sint sub uno capite. Diuisio quæ sequitur totam Ecclesiam comprehendit. Quæ sunt, inquit, in cœlis, id est, beati angeli & credentes qui mortui sunt ante assumptam humanam naturam à Filio Dei, & quæ in terris, hoc est, omnes qui exhibito Christo credunt & credituri sunt, sint sub uno capite tanquam corpus unum multis et uarijs constans membris. Hinc monemur

COMMENT: IN

nemur & fidei qua coniungimur capiti Christo, & charitatis qua inter nos consociamur. Hanc societatem nobis etiam commendant sacramenta Ecclesie: Baptismus testatur nos baptizari in unum corpus, Cæna Domini communionem nostri cum Christo docet et inter nos spiritualis societatis est testificatio & efficax quoddam Symbolum.

In quo etiam in sortem asciti sumus, prædestinati secundum propositum eius, qui omnia operatur secundum consilium uoluntatis eius, ut simus in laudem gloriæ ipsius nos qui ante sperauimus in Christo.

Hactenus in genere de omnibus in Christo electis loquutus est: Iam per distributionem thesauri duabus hypothesebus accommodat, ac primum de Iudeis agit, quos gratiæ cœlestis participes esse factos commonstrat. Ponit autem ordine tres causas huius cœlestis gratiæ, nimirum efficientem, finalem, & instrumentalem.

Efficientem exprimit, cum inquit, prædestinati secundum propositum eius. De hac causa uide ea quæ supra annotauimus.

Finalem addit, Ut simus in laudem gloriæ eius, hoc est, ut laudetur ipse Deus ob gratiæ & misericordiæ exhibitæ magnitudinem.

Instru-

Instru-
te sperauim
hic etiam fid
fide interpre
bet obscuri.
pro fide prop
nitur. Nam qu
id spes futurum
hic ponit Apo
nedictionem u
nomine designe
tuta esse. Sors
uoluntas Dei e
tem. Quod au
secundum e
cem doctrinam
Deus non sit ius
alligatus, sed li
consilio agit &
compulsus agit
gantur nec no
quod Deus omni
operetur, non e
modum quidam
dunt. Dicunt e
dit, sed illorum
Nam si ex ce
ratur Deus. E

EPIS: AD EPHE:

Instrumentum apponit cum inquit Qui ante sperauimus in Christo. Spei enim nomine hic etiam fidem comprehendit: Quod autem de fide interpretor, quod hic spei tribuitur nihil habet obscuri. Vt enim sepe fides pro spe: ita spes pro fide propter mutuam consequutionem ponitur. Nam quod fides in presenti amplectitur. id spes futurum expectat: has tres gratie causas hic ponit Apostolus, quam gratiam ut supra benedictionem $\nu\iota\omicron\theta\epsilon\sigma\ \iota\alpha\pi$ appellauit: Ita hic Sortis nomine designet, Idq; ut intelligatur plane gratuita esse. Sors enim non est hominis electio sed uoluntas Dei qui omnibus gratuitam offert salutem. Quod autem addit. Qui operatur omnia secundum consilium uoluntatis suæ, duplicem doctrinam nobis suppeditat. Primam quod Deus non sit iuxta fatum stoicum causis secundis alligatus, sed liberrimum agens. Qui enim ex consilio agit & liberè nulla omnino necessitate compulsus agit: necessaria enim nec consilio reguntur nec uoluntate imperantur. Secundam, quod Deus omnia salutaria & bona in Ecclesia operetur, non autem mala & peccata, quemadmodum quidam ex hoc loco perperam concludunt: Dicunt enim: Qui omnia dicit nihil excludit, sed illorum ratio refellitur uerbis Apostoli. Nam si ex consilio uoluntatis suæ omnia operatur Deus. Et uoluntas Dei sanctissima & optima est,

COMMENT: IN

ma est, quæ nihil omnino uult mali, quemadmodum clarè pronunciat Psalmista: Non uolens iniquitatem tu es, profecto fieri non potest, ut ipse Deus sit autor peccati aut alicuius mali culpæ. Deinde loci circumstantia restringit uniuersalem particulam ad certum actionum genus. Ita enim ait textus, operatur omnia ut finis in laudem gloriæ ipsius, hoc est, facit ut uelimus & faciamus quæ Deo in laudem cædunt. Loquitur ergo manifestè de actionibus salutaribus Dei in Ecclesia. Ipse enim mouet uoluntatem nostram, ut uelimus, & uires addit ne frustra uelimus.

In quo & uos audito sermine ueritatis Euangelio salutis uestræ, in quo etiam credentes obsignati estis spiritu promissionis sancto, qui est arrabo hæreditatis nostræ, in redemptionem in laudem gloriæ eius.

Alterum distributionis membrum est, in quo gentibus sub Ephesiorum nomine gratiæ cælestis, benedictionis spiritualis, adoptionis & sortis sanctorum participationem accommodat, sumto argumento ab effectu prædicati Euangelij apud Ephesios. Verum quoniam hæc pericopa plenissima est doctrinæ spiritualis, eam in sua quasi membra retexam, quo apertius doctrina

E

Strina conspici
feratur.

Primo loc

gelij, quo Deus
inita salute re
offert, iuxta illud
prædicat Euang

Secundo loc

to Euangelio, op
salutem quam o
tribuens Deo Lat

Tum accedi
tum demum ob

Iesu Christi
Spiritus sancti

Apostolus, cui
tum quia ex præ

Quarto loc

Sancti numerum
fir: quam non

expectamus futu

precio datur ali

sed complendum

quædam est hæc

certificandos de
ternæ uitæ, quæ
gratis ex parte
contingit, qui

EPIST: ADEPHES:

Arina conspiciatur, & ad usum nostrum transferatur.

Primo loco mentio fit prædicationis Euangelij, quo Deus mundo suam uoluntatem de gratuita salute reuelat, eamq; promiscuè omnibus offert, iuxta illud. *Ite in mundum uniuersum & prædicate Euangelium omni creaturæ.*

Secundo loco sequitur fides quæ ex prædicatione Euangelio, operante spiritu sancto concepta, salutem quam offert Euangelium apprehendit, tribuens Deo laudem ueritatis.

Tum accedit obsignatio spiritus sancti, quod tum demum obsignari dicimur, quando ex fide Iesu Christi ueros fidei fructus edimus, hunc Spiritum sanctum, Spiritum promissionis uocat Apostolus, cum quia promissa bona obsignat, tum quia ex promissione datur.

Quarto loco additur usus collati spiritus sancti, nimirum ut sit arrabo hæreditatis nostræ: quam nondum integram obtinemus, sed expectamus futurum. Ut enim arra est cum de precio datur aliquid, quod non est auferendum sed complendum: Ita donatio Spiritus sancti pars quedam est hæreditatis nostræ collata ad nos certificandos de hæreditate integra, quæ est æterna uita, quæ ideo hæreditas dicitur, quia nobis gratis ex paterna bonitate sine nostris meritis contingit, qui sumus effecti membra Christi filij

Dei

COMMENT: IN

Dei naturalis, ad quem omnia quæ patris sunt, pertinent.

Quintò additur temporis circumstantia, In redemptionem, inquit, acquisitionis, hoc est, usq; ad diē iudicij, in quo nos qui acquisiti sumus per redemptionem quæ est in Christi sanguine, plenam obtinebimus hereditatem. In redemptionem ergo, id est, in diem redemptionis, acquisitionis, id est nostri, qui acquisiti sumus per redemptionem illam.

Hactenus retexuimus præsentem pericopam in sua membra in qua pulcherrimè Apostolus modum & ordinem reparationis nostri describit, orditur enim à prædicatione Euangelij: huic fidem adhibendam esse monet: quod cum fit, sentitur in corde obsignatio spiritus, qui promissæ hereditatis tanquam arra quædam est, horum omnium finis ultimus, est gloria Dei ex misericordia sonantis & saluantis omnes credentes. Vt enim medici (inquit Ambrosius) laus est si multos curet: Ita laus gloria Dei existit quando multi acquiruntur ad fidem. Deinde obseruandum est quod duplici titulo Euangelium Christi ornat. Primum enim per antonomasian Euangelium uocat, sermonem ueritatis, qui titulus a materia rei Euangelio subiectæ sumitur. Continet enim Euangelium æternam ueritatem Dei, & infallibile de salute per Christum consequenda testi-

E 1

de testimoni
Euangelium
sumitur. de
sua. Nam ut
tit simul salu
contra min
transgressorib
quam requirit,
legis in iusticia
adeoq; salutem
consequi, creden
sua, expiato p
imputata, iust
mur. Neq; hoc
modum supra
inde etiam uoc
Dei. Ita huc quo
constituit: ex q
am omni creatur
dam esse, ac soli
bendam. Quare
hic maxime locu
q; xlii. c. 1. v. 1.

Propter h
stram Dom
omnes sanc

EPIST: AD EPHE:

da testimonium. Alter titulus est, quod appelletur Euangelium salutis, qui titulus a fine Euangelij sumitur. destinatur enim Euangelium saluti nostre. Nam ut lex dum requirit iusticiam, promittit simul salutem & uitam facientibus eam, & contra minatur damnationem omnibus legis transgressoribus: quia non habent iusticiam, quam requirit, monstrat Christum qui finis est legis in iusticiam omni credenti. Ac ita iusticiam adeoq; salutem quam faciendo non potuimus consequi, credendo consequimur, dum Christi iusticia, expiato peccato per uictimam ipsius, nobis imputata, iusti, adeoq; salutis participes reddimur. Neq; hoc prætereundum est: quod quemadmodum supra electionis & prædestinationis, deinde etiam uocationis finem fecit laudem glorie Dei: Ita hic quoq; sanctificationis eundem finem constituit: ex quo sequitur omnem salutis gloriam omni creaturæ & merito humano adimendam esse, ac soli Deo per Iesum Christum ascribendam. Quare ut in omnibus bonis rebus: Ita hic maximè locum habet Nazianzeni uersiculus ἀρχὴν ἀπάντων καὶ τέλος πείρα θεός.

Propter hoc & ego audita fide uestra in Domino Iesu, & charitate in omnes sanctos nō cesso gratias agere

D pro

COMMENT: IN

pro uobis, mentionem uestri faciens
in orationibus meis.

Enumeratis beneficijs Dei collatis generi hu-
mano, exponit Apostolus quid istorum benefici-
orum cogitatio in se effecerit, uidelicet quod
commouerit & excitauerit ipsum ad agendas
Deo gratias tantorum bonorum fonti, & auto-
ri. Hoc Apostoli factum ut sit nobis ueluti regula
in tota uita obseruanda par est, uidelicet ut me-
moria & commemoratio beneficiorum Dei nos
excitet ad gratiarum actionem. Qui enim uel co-
gitat uel audit commemorari Dei beneficia, &
non cordis saltem affectu in gratiarum actionem
prorumpit, is profecto ut ingratus est Deo, ide-
oq; iniustus, ita meretur sua ingratitude ut
Dei gratijs spoliatur ipse. Nam ut possessione re-
rum requiritur cum ius possessionis, tum usus le-
gitimus: Ita in Christiano requiritur, ut gratijs
quas merito Christi, ideoq; iure possidet, cum gra-
tiarum actione in gloriam conferentis, utatur.
Deinde hic locus docet quod iustissimus ordo hic,
sit, ut pro acceptis beneficijs gratiarum actio
precedat, atq; eam mox sequatur petitio, qua &
conseruationem acceptorum beneficiorum pre-
cemur, & alia dona salutaria petamus. Præterea
docet hic locus beneficium Dei merum esse, pro-
fectum hominū in pietate. Nam dum Paulus Deo
gratias agit, quod Ephesij in spe & charitate
profi-

E P

proficiant, ag-
norum esse.
excitat bonos r
ynceros Euan
ad predication
bitu est effica
tant & diligenti
sunt præcipua Ch
capta reuocati
charitatem erga
dent, ut simul c
natura cum illis.
necessaria effecti
Fides ergo ca
tionem, timor
q; & c. non dedit
Similiter char
mus homines con

Ut Deus D
si, pater gloria
pientia & reu
ipsum & illum
uestra.

Quid precibu
apostolus, nemp
tionis in agnitio

EPIST: AD EPHE:

proficiant, agnoscit profecto Deum huius boni
autorum esse. hic enim gratuita sua bonitate &
excitat bonos rerumpubli. rectores, & mittit
Synceros Euangelij ministros, & in auditoribus
ad prædicationem & meditationem uerbi suo
spiritu est efficax, faciens ut auditores & cre-
dant & diligant. Ad hæc docet hic locus quæ
sint præcipua Christianorum officia, quæ ad duo
capita reuocat nimirum ad fidem Iesu Christi &
charitatem erga sanctos, Hæc tamen ita intelligi
debent, ut simul cum his intelligantur omnia quæ
natura cum illis, coniuncta sunt, uidelicet eorum
necessaria effecta seu fructus.

Fides ergo cum habeat adiunctam spem, inuo-
cationem, timorem Dei, dilectionem, patienti-
am &c. non dedit illis suis fructibus spoliari.

Similiter charitas officia charitatis erga o-
mnes homines complectitur.

Vt Deus Domini nostri Iesu Chris-
ti, pater gloriæ det uobis spiritum sa-
pientiæ & reuelationis in agnitione
ipsius & illuminatos oculos mentis
uestræ.

Quid precibus suis optat Ephesijs exponit
Apostolus, nempe spiritum sapientiæ & reuela-
tionis in agnitione Iesu Christi, hoc est ueram

D 2 myste

COMMENT: IN

mysterij Euangelij noticiam, quam reuelat spiritus, quando in cordibus audientium & meditantium Euangelium est efficax. Nam cum Euangelium in agnitionem Christi, qui nobis à Deo datus est sapientia, nos ducit spiritu sapientie donamur, quo illuminantur oculi mentis nostræ ad intelligendum mysterium Euangelij. Iam uideamus circumstantias precationis Apostoli, Prima est quod ipsum Deum, qui ut solus omnium bonorum est autor: Ita solus est inuocandus, precetur. Secunda per quem petit, hanc exprimit cum inquit, Deus domini nostri Iesu Christi, ac si diceret: Non meis meritis nitor, sed Christi intercessione fretus Deum inuoco. Est enim is solus mediator Dei & hominum, Quare & ipse dixit: Quicquid petieritis patrem in nomine meo, dabit uobis.

Athanasius in parenthesi ponit hæc uerba Domini nostri Iesu Christi pater, ut gloria non patris sed Dei epitheton sit, quod nimis coactum uidetur, potius igitur ita ordinemus, Deus domini nostri Iesu Christi, & pater gloriæ. Respicere enim uidetur Apostolus ad uerba Domini excitati à mortuis, et in hunc modum dicentis: Ascendo ad patrem meum & patrem uestrum, Deum meum & Deum uestrum. Ideo Christus natus est homo, ut non solum patrem uerum etiam Deum nobiscum haberet comunem, unde summa
conso-

E P

consolatio prior
Pater & D
noster pater
num celestium
opes. Ergo no
st dare salutari

Sed qui hoc co
est filius? Est sa
coequalis, sed fil
similis. Et tamen
sent Christum I
personam unita
quia idem & he
gloriæ Deus à
nus gloria omnia
gloria ipsi soli det
& autor existit.

Cur autem ho
Epitheton hæc e
Epitheton spiritum
num cum in glori
Epitheton gloriæ e
Est enim uisitatum
luere, ratione ma
quod nunc pater
omnis consolatio
uilectionis dicat

EPIST: ADEPHES:

consolatio piorum petitur. Ita enim fides concludit, Pater & Deus Domini nostri Iesu Christi, etiam noster pater & Deus est. Igitur omnium bonorum cœlestium cum Christo facti sumus participes. Ergo nobis & bene uult, & nouit, & potest dare salutaria.

Sed qui hoc conuenit? An non patri equalis est filius? Est sane patri ut ὁμοῦσι, ita & coequalis, sed filius inaniuit seipsum forma serui assumpta. Et tamen si proprie humanæ naturæ conuenit Christum Deo patri subijci: tamen ad ipsam personam unitatis personalis respectu refertur, quia idem & homo & Deus est. Pater præterea gloriæ Deus à Paulo nominatur. Primum quia eius gloria omnia plena sunt. Deinde quia omnis gloria ipsi soli detur, Tum quia omnis gloriæ fons & autor existit.

Cur autem hoc loco Paulus Deo tribuat hoc Epitethon hæc est ratio. Rogat Deum, ut det Ephesijs spiritum sapientiæ, &c. Quòd sane donum cum in gloriam Dei uergit, tum facit, ut ipsi Ephesij gloriæ cœlestis reddantur participes. Est enim usitatum scripturis Deo epitetha tribuere, ratione materiæ de qua agitur. Ex quo fit quòd nunc pater misericordiarum, nunc Deus omnis consolationis, Deus salutis, Deus pacis & dilectionis dicatur. Multa exempla huius generis

COMMENT: IN

in Psalmis Dauidicis offeruntur, ut cum dicitur:
Dominus fortitudo mea & cornu salutis mee.
Item, Dominus rupes mea. Item, Deus refugium
& uirtus. Item Deus ultionum Dominus, & De-
us iudicij Dominus.

Hunc morem & nos sequi in nostris precibus
utile fuerit, permultum enim facit ad excitand-
os animos nostros inter precandum.

Tertia quod Paulus Ephesijs fidelibus in Chri-
sto salutaria precetur, uidelicet Spiritum sapien-
tie & reuelationis, & illuminationem oculorum
mentis, ut Christum agnoscant. Hæc circum-
stantia ministros uerbi admonere sui officij de-
bet, uidelicet quod non solum eos oporteat saluta-
ria suos docere auditorcs, uerumetiam ijsdem sa-
lutaria precari.

Vt sciatis quæ sit spes uocationis
ipsius, & quæ diuitiæ gloriæ hæredi-
tatis ipsius in sanctis, & quæ super-
excellens magnitudo potentie eius
erga nos, qui credimus iuxta efficaci-
am potentie roboris ipsius quam ope-
ratus est in Christo.

Quò spectet spiritus sapientie & reuelatio-
nis quem Ephesijs precatur Apostolus, exponitur,
nimirum eò ut quantus sit thesaurus ille coele-
stium

EPIS

Hum bonoru
pant. Vitur.
Rhetorica, cu
melius quantu
dignitas estim
phesij, que sit sp
uelligant quam
bilia bona que
ponit & ad qua
metonyma in uoc
pro eius obiecto,
ad Galatas spem
em, qua uidelicet
atemitate, qui
descefferimus. Sp
illa ad quam per
nem interpretat
luc diuitia glo
est, ut sciatis quæ
his gloriosa illa h
cedentium Euan
Hæc additur ad
inquit, superexce
eius erga nos qu
thesaurum illum e
cosequimur nostr
ita Dei. Nec octo
erga nos qui e

EPIST: AD EPHESIOS.

stium bonorum, quem in Christo obtinent, intelligant. Utitur autem hic Apostolus expolitione Rhetorica, cum exaggerandi gratia, tum ut eò melius quantum fieri potest, precium thesauri & dignitas aestimetur. Primo loco optat ut sciant Ephesij, quæ sit spes uocationis ipsius, hoc est ut intelligant quam eximia & præclara sint illa cœlestia bona quæ Christus in suo Euangelio proponit & ad quæ uocantur credentes. Est autem metonymia in uocabulo spei. Nam spes hoc loco pro eius obiecto, hoc est, re sperata ponitur. Sic ad Galatas spem iusticiæ uocat speratam iusticiam, qua uidelicet erimus conformes Deo in omni æternitate, qui hinc in uera fide & uocatione disceserimus. Spes igitur uocationis, est fœlicitas illa ad quam per Euangelium uocamur. Hanc spem interpretatur Apostolus cum ait: Et quæ sint diuitiæ gloriæ hæreditatis ipsius, hoc est, ut sciatis quàm magnifica sit & inestimabilis gloriosa illa hæreditas filiorum Dei, hoc est, credentium Euangelio.

Huc additur amplificatio à causa. Et quæ sit inquit, superexcellens magnitudo potentiæ eius erga nos qui credimus, quasi diceret: nos thesaurum illum cœlestium bonorum nequaquam cõsequimur nostris uirib. aut meritis, sed potentia Dei. Nec ociose prætereundum est: quod, inq̃t, Erga nos qui credimus, Significat enim solâ fi-

COMMENT. IN

de hunc thesaurum & accipi & obtineri, cuius quedam certissima arra est Spiritus sanctus, sicuti supra ostensum est.

Quod autem addit. Secundum efficaciam potentiae roboris ipsius, Vehementiae gratia factum est, ut nos excitemur ad serio cogitandum quae sit causa, à qua proficiscitur tantus salutis thesaurus: nec torpore aliquo aut diffidentia deficientes segnius in coepto cursu progrediamur. Vocabula igitur roboris, potentiae, et efficaciae nihil aliud uolunt, quam docere insuperabilem esse, potentiam Dei, qua ut potest ipse omnia quae uult: Ita etiam thesaurum promissum in Christo, suo tempore credentibus tradet: cuius rei argumentum subiicit, cum inquit: Quam operatus est in Christo, hoc est, quam potentiam Deus in Christo declarauit, ac si dicat: Deus suae potentiae non obscurum exhibuit specimen in Christo capite uestro, cuius cum membra sitis, uos qui creditis simili potentia est glorificaturus.

Vocabula roboris, potentiae & efficaciae hoc pacto distinguuntur, ἰσχυρὸς, id est, robur, naturae est & absolute significat. κράτος, id est, potentia, relationem habet ad obiecta. ἐνέργεια, id est, efficacia, utriusque effectus est. Quidam sic distinguunt, ut robur sit ueluti radix, cuius arbor sit potentia, & fructus efficacia. Ex hoc loco
Apostoli

E.
Apostoli disc
diffidentiae ca
argumentis,
lo, uolunt no
quam habent

Dum illi
federe fecit
filius, supra
potestatem,
nem, & om
tur, nō sol
in futuro,
eius & ipse
nia Ecclesi
complemen
omnibus ad

Qualis fuer
quam dixit Deu
cherima distri
triumphantis
& precipui ar
mino recitantu
tenda est ex al
singula fidei
accommoden

EPIST: ADEPHES:

Apostoli discamus opponere potentiam Dei, cum diffidentia carnali, tum omnibus rationis stultae argumentis, quibus homines dementati à Diabolo, uolunt nos abducere à spe uocationis nostrae, quam habemus in Christo Iesu.

Dum illum excitauit à mortuis, & sedere fecit in dextera ipsius in caelestibus, supra omnem principatum, & potestatem, & uirtutem, & dominationem, & omne nomen quod nominatur, non solum in seculo hoc, sed etiam in futuro. Et omnia subiecit pedibus eius, & ipsum dedit caput supra omnia Ecclesiae, quae est corpus eius, & complementum eius, qui omnia in omnibus adimplet.

Qualis fuerit efficacia potentiae roboris Dei, quam dixit Deum operatum fuisse in Christo, pulcherrima distributione, exponit, in qua gloria triumphantis Christi ueluti ob oculos ponitur, & praecipui articuli fidei nostrae de Christo Domino recitantur, quorum explicatio longior petenda est ex alijs Scripturae locis. Nos autem, ut singula fidei nostrae confirmandae & excitandae accommodemus efficacius, analysin instituemus,

D S &

COMMENT. IN

Et hanc pericopam in septem dispartiemur membra, Et quid fides nostra ex singulis colligere debeat, breuiter indicabo.

Primum membrum hisce uerbis enunciatur: Dum illum excitauit à mortuis: hoc est, Deus excitando Filium suum à mortuis efficaciam potentie roboris sui declarauit. Huius primi membri tres sunt articuli. Primus, de morte Domini. Secundus, de resurrectione eiusdem. Tertius, de uirtute qua excitatus sit Dominus, de his tribus articulis breuissimam subiiciamus admontitionem. Historia mortis Domini in scriptis Prophetis ex Apostolicis et ex Symbolis nota est. Sed eius efficacia et uirtus diligenter distinguenda est à passionibus et mortibus aliorum sanctorum. Nam aliorum sanctorum passiones et mortes, aut fuerunt martyria aut explorationes fidei et confessionis, aut, ut in latrone, certorum peccatorum supplicia. Verum mors et passio Christi longe aliter consideranda est, quam Christus ipse Iohan. capite 17. definit sanctificationem, id est, oblationem sui pro multis. Et, Matth. 20. eandem definit λύτρον, pro multis, ita enim ait: Filius hominis non uenit, ut ministretur ei, sed ut ministret et det animam suam λύτρον pro multis.

Est autem λύτρον non redemptio, ut uetus interpres reddidit, sed precium redemptionis. Nam
græcis

EPI

græcis λύτρον
redimendos q
lliad: ἀπορω

Est proim

id est, precium

qui captus su

Quod quidem t

captus eramus

estimationem h

uione diuine et

unde Paulus, Ad

Eclesiam sang

Huc plenio

tia ascribamur

Christi Dei et

torum in quo

factus, seipsum

tu, ut ista sua ui

peccata manda,

credentes per

eternam. Ut ex

uicium recte in

Domini: Ita fide

ter statuere pe

esse, adeo ut non

um. Præterea

innocentia uit

cabit.

EPIST: AD EPHESIOS.

græcis λύτρον significat quicquid soluitur ad eos redimendos qui captiui tenentur, Quod Homerus Iliad: ἄποικον uocat.

Est proinde passio & mors Christi λύτρον, id est, precium solutum in redemptione hominum, qui captiui sub Diaboli imperio detinebantur. Quod quidem precium Deo, cuius iusta sententia captiui eramus, solutum est, hoc precium suam æstimationem habet, infinitam ab illa admiranda unione diuinæ et humanæ naturæ in una persona, unde Paulus, Act. 20. non dubitat pronunciare Ecclesiam sanguine Dei acquisitam esse.

Huc pleniorē definitionem declarandi gratia ascribamus. Passio & mors Domini nostri Iesu Christi Dei & hominis, est sacrificium propitiatorium in quo æternus Filius æterni Dei, homo factus, seipsum per æternum spiritum obtulit patri, ut ista sua uictima & obedientia, & expiaret peccata mundi, & placaret iram Dei, quo omnes credentes per eundem sanctificentur ad uitam æternam. Ut ex hac definitione mens nostra & iudicium rectè informatur de passione & morte Domini: Ita fides nostra excitari debet, & firmiter statuere peccatum morte Christi expiatum esse, adeo ut non sit amplius in memoria apud Deum. Præterea & animi perpetua gratitudine & innocentia uitæ hoc ingens beneficium prædicabit.

Secun-

COMMENT: IN

Secundus articulus huius primi membri est de resurrectione Domini, de qua quid sit piè sentiendum breuiter explicabimus. Primum tenenda sunt testimonia resurrectionis, quorum tria genera facere soleo, de quibus consulatur Catechismus & enarratio Euangelij de resurrectione Domini. Definitio resurrectionis Domini teneatur, uidelicet, quòd resurrectio Christi à mortuis sit uictoria Christi & triumphus super peccato, morte, inferno, atq; adeo super toto regno Satanae. Resurrectione enim sua Christus compleuit promissionem: Semen mulieris conteret caput serpentis, hoc est, ut Iohannes Apostolus Domini interpretatur, Christus apparuit ut destruat opera Diaboli. Est proinde Christus resurgens uictor Satanae, qui Satanas uictus & conculcatus iacet sub pedibus Christi uictoris, ut amplius non possit fidelibus, id est, Christi membris interitum & mortem inferre, etsi imperium suum in reprobos & contumaces habet, & magnis & uarijs technis utitur, ut fideles rursus impellat, ut fructum uetitum gustent, atq; ita rursus de Paradiso Domini eiciantur, hoc est, conatur fideles praua doctrina & malis moribus inficere ut expellatur ab eis spiritus sanctus, atque amissa fide excludantur è familia Dei & pereant. Tertio loco, colligendi sunt fructus resurrectionis Domini, quos pij soli percipiunt, horum Primus est remissio pec-

EP

ho peccator
resurrexit,
illud Danieli
tur peccata,
iniquitatis ex
ni & morti D
men refisione
hac omnium b
tum est. Secun
rexit enim pro
4. Et Daniel
terna. An uo
am esse nostr
Que enim un
quoque alijs
tionem omnia
commorem.
inquit, abiero
ad Galat. Em
clamentem, abb
tio fidei gra
tie apud Deum.
respondens exen
non quo carnis
pulsatio bone
rectionem les
nostri, eaq; d
porum. Anin

EPIST: AD EPHESIOS.

sio peccatorum, 1. Corinth. 15. Si Christus non
resurrexit, adhuc estis in peccatis uestris. Huc
illud Danielis: Auferetur transgressio, contegen-
tur peccata, expiabitur iniquitas, tametsi autem
iniquitatis expiatio propriissimè tribuitur passio-
ni & morti Domini, sicut supra dictum est, ta-
men rectissimè etiam resurrectioni tribuitur, quia
hæc omnium beneficiorum Christi complemen-
tum est. Secundus est iustificatio nostri, Resur-
rexit enim propter iustificationem nostri. Roma.
4. Et Daniel inquit, Adducetur iusticia sempit-
terna. An non Paulus definit Christi obedienti-
am esse nostram iusticiam? Vtrumq; uerum est.
Que enim uni actionum Christi tribuitur, recte
quoque alijs accommodantur, propter destina-
tionem omnium operum & actionum Christi
communem. Tertius, donatio Spiritualis. Nisi,
inquit, abiero paracletus non ueniet. Et Paulus
ad Galat. Emisit spiritum filij sui in corda uestra
clamantem, abba pater. Quartus, Confirma-
tio fœderis gratiæ, seu stipulatio bonæ conscien-
tiæ apud Deum. Ita enim ait Petrus, 1. Pet. 3. Cui
respondens exemplar baptismi nos quoque seruat,
non quo carnis sordes abijciuntur, sed quo fit sti-
pulatio bonæ conscientie apud Deum per resur-
rectionem Iesu Christi. Quintus, Innouatio
nostri, eaq; duplex, animarum uidelicet & cor-
porum. Animarum quidem, iuxta illud, Roma. 6.
Resur-

COMMENT: IN

Resurrexit ut nos in nouitate uitæ ambulemus.
Corporum uero, iuxta illud, 1. Corinth. 15. Christi
resurrexit primitiæ dormientium. Quoniam
quidem per hominem mors & per hominem re-
surrectio mortuorum. Et sicut in Adam omnes
moriuntur, Ita in Christo omnes uiuificabuntur.
Sextus, uinculum fraternitatis mutue. Ita enim
Dominus resurgens mulieres alloquitur. Ascen-
do ad Patrem meum & patrem uestrum. Deum
meum & Deum uestrum. Si igitur Deum habe-
mus communem, si patrem habemus communem
Deum, si omnes fratres in Christo, par est, ut tan-
quam fratres consentiamus & nos inuicem fra-
ternis affectibus complectamur. Septimus, Reme-
dium Catholicum aduersus omnes calamitates, ad-
uersus omnia uulnera animæ, corporis, & fame,
Huc illud Pauli ad Timotheum: Memento Iesum
Christum resurrexisse à Mortuis, quasi diceret, in
isto tuo ministerio senties magnas difficultates,
experieris uarias tentationes à Diabolo & homi-
nibus, sed in omnibus istis tanquam ad salutare an-
tidotum confugito ad meditationem resurrectio-
nis Dominicæ, quæ ut in Domino ipso erat omnia
um tentationum & afflictionum uictoria: ita &
in nobis erit, ubi uirtute resurrectionis Christi &
nos à mortuis excitabimur. Octauus, Iudicium
status gloriæ & immortalitatis. Regenuit nos,
inquit

E
inquit Petrus
per resurrect
Tertius.
uirtute, qua
Christus inq
mam meam &
pater dicitur
et uirtute. Ch
ut Deus, hoc es
nam naturam
erectant, ut h
est patris & f
tum ad diuin
Patris & Fili
ter dicta de pr
duplex est in
firmemur in cog
Domini, & in n
urrectionis Do
Paulus ad Roma
urrectionis Do
cationem, hoc es
Secundum
dere fecit eum
bus, hoc men
continet, unu
alterum de se

EPIST: AD EPHE:

inquit Petrus, in spem uiuam & immarcesibilem
per resurrectionem Iesu Christi.

Tertius Articulus huius primi membri est de
uirtute, qua Dominus excitatus est ex mortuis,
Christus inquit, potestatem habeo ponendi ani-
mam meam & rursus eam assumendi. Hic autem
pater dicitur eum excitasse, In his uerbis nulla est
ἐν ἑαυτοῦ λόγια Christus quidem seipsum excitauit,
ut Deus, hoc est, diuina natura in Christo huma-
nam naturam excitauit: Pater uero Christum
excitauit, ut hominem. Breuiter. Quia eadem
est patris & filij & spiritus sancti essentia, quan-
tum ad diuinitatem attinet, indiuisa sunt opera
Patris & Filij & Spiritus sancti. Hæc sint breui-
ter dicta de primo membro huius Pericopæ, cuius
duplex est in uniuersum usus, uidelicet, ut con-
firmemur in cognitione mortis & resurrectionis
Domini, & in nobis uiuum sensum mortis & re-
surrectionis Domini experiamur. De quo sensu
Paulus ad Romanos 6. Vbi uirtuti mortis & re-
surrectionis Domini mortificationem & uiuifi-
cationem, hoc est, nouitatem attribuit.

Secundum membrum, de quo ait: Et se-
dere fecit eum in dextera ipsius in cœlesti-
bus, hoc membrum duos articulos fidei nostræ
continet, unum de ascensione Domini in cœlos,
alterum de sessione eiusdem ad dexteram Dei.
Nam

COMMENT: IN

Nam sessionem præcessit ascensio, hæc autem ascensio Domini facta est uisibiliter, Corporali enim & naturali modo è conspectu discipulorum subuectus est in cœlum. Ita enim dicitur, Acto. I. Cernentibus ipsis sublatus est, & nubes ipsum suscepit ab oculis eorum. Et inde subuectus est super omnes cœlos & collocatus in cœlestibus ad dexteram Dei patris, quemadmodum hic Paulus loquitur & infra in quarto capite repetit. Debet ergo articulus ascensionis Domini intelligi de uero Christi corpore, et de corporali ipsius locatione in cœlis, ne existimemus uel humanam naturam in Christo à diuinitate absorptam esse cum Stenckfeldio, uel diffusam esse in totum uniuersum cum diuinitate cum ueteri heretico Eutiche. Vtrumq; enim ueritatem humanæ naturæ tollit. Tenendum est proinde dictum Cypriani qui ita ait: Ascendit in cœlos, non ubi uerbum Deus antea non fuerat, sed ubi uerbum caro factum antea non sedebat, scilicet corporali locatione. Sessio ad dexteram Dei Patris ad regnandi potestatem pertinet, qua filius Patri æqualis, æquale cum ipso sortitur imperium. Nam dextera Patris diuinam potentiam, maiestatem & imperium notat. Quare ad dexteram patris sedere, est æqualem esse Patri diuina potentia, maiestate & imperio. Et quia hic Apostolus meminit dexteræ patris in cœlestibus, significatur etiam per dexteram patris, locus
beati-

EPIS: ADEPHES:

beatitudinis & felicitatis, atq; adeo eterne & beatæ istius requiei quæ promissa est credentibus, ubi iam corpus Christi collocatum est.

Verum hoc non pugnat cum Christi dicto. Ero uobiscum ubiq; ad consumationem seculi, nec tollit ueritatem carnis & sanguinis Domini in cœna. Est enim Christus totus ubicunque uult esse, plura de hac re eaq; eruditissima & piissima uide in commentarijs Philippi super 1. cap. ad Colloß:

Porro fructus utriusq; articuli, uidelicet ascensionis Domini, & sessionis eiusdem ad dexteram patris infra in 4. cap. copiose explicatur, ubi Apostolus dictum Psalmi interpretatur. Ascendit in altum, captiuam duxit captiuitatem & dedit dona hominibus.

Tertium membrum, secundi expositio est. Super omnem, inquit, Principatum & potestatem, & uirtutem, & dominationem, & omne nomen quod nominatur, non tantum in seculo hoc, sed etiam in futuro. Pulcherime enim his uerbis definit quid sit Christum sedere ad dexteram patris in cœlestibus. Nam nihil aliud uult Apostolus hac oratione, quam significare Christi imperium, quod significatur simbolo sessionis ad dexteram patris summum esse, ut quod nullum habeat superius, nec in hoc seculo, nec in futuro.

E

futuro.

COMMENT: IN

futuro. Quod aut Dionysius ex his Apostoli uer-
bis extruat, nescio quos angelorū ordines infirmū
est, neq; refert scire qui sint angelorū ordines &
dignitatum gradus in cœlo, cum illud nobis uer-
bum Dei non reuelauit, sed hoc sufficit intelligere
quod angeli sunt ministri, & ut Epistola ad He-
bræos loquitur, administratorij spiritus, ministri
Ecclesiarum, politiarum et familiarum in mundo.

Quantum autem ad uerba Pauli attinet hoc
sciendum est, quod pulcherrimè hisce quatuor uo-
cibus distinguat gradus eminentiæ.

Ἀρχὴ, principatus, significat ordinem supe-
rioris ad inferiorem qui superiori parere debet.
Cum ergo dicit Apostolus Christum sedere supra
omnem principatum, significat quod Christus sit
Dominus & princeps ἀνυπεύθυνος, ut qui ne-
mini sit obnoxius ad reddendā suæ administratio-
nis rationē. Non enim habet supra se principem,
cui ut subditus parere cogitur. Ut enim eiusdem
naturæ est cum patre secundum diuinitatem: Ita
æquale cum ipso habet imperium. Hinc fidelis se
consoletur aduersus hostes Christi, atque adeo ad-
uersus principatus omnes mundi & inferni, sta-
tuatq; fore aliquādo ut quicquid sublimè uidetur,
Christi imperio, uelit, nolit, subijciatur. Nemo
ergo cui pietas cordi est, subijciat se ullis homi-
nibus aut Diabolis, si quid imperent, quod pugnet
cum principis nostri Iesu Christi legibus.

Ἐξορία

ET
Ἐξορία
aplici nomi
ne diuine na
tu sancto ider
antur. Dein
stem Diabolam
Christus supra
Lat. capu
tat, adeo ut null
re possint. Unde
in articulo se a
Nam si dicitur p
pap, non est
rum timeat.
Κυριότης
omnes creatur
dominio Christu
lut, Christum
Unde ad Roman
ru celestium &
stiat Christo, q
iam addit Paulus
nomen quod n
quod quouis mod
quitur. Non sol
in futuro, ad su
tur, significat e
unia, non solam

EPIST: AD EPHE:

Ἡ ἰσχύς potestas, ius imperij notat, hoc ius duplici nomine Christus obtinet. Primum ratione diuinae naturae, qua una cum patre & Spiritu sancto idem Deus est, cui iure omnia subijciuntur. Deinde ratione uictoriae iustae, qua hostem Diabolum uicit, utroq; imperij iure eminent Christus supra omnia.

Δύναμις uirtus, facultatem imperij notat, adeò ut nullae uires, eius imperium labefactare possint. Vnde fides in tentationibus et in mortis articulo se animet aduersus insultus Diaboli. Nam si δύναμις Christi est supra omnem δύναμις, non est quod fidelis homo portas inferorum timeat.

Κυριότης, dominatio, relationem habet ad omnes creaturas, bonas & corruptas, quas suo dominio Christus cohibere potest, quae uelint, non lint, Christum uictorem agnoscere coguntur. Vnde ad Romanos scriptum est, quod omne genu caelestium & terrestrium & infernorum se flectat Christo, agnoscens ipsius dominium, huc iam addit Paulus genus. & supra omne inquit nomen quod nominatur, id est, supra omne quod quouis modo emineat. Distributio quae sequitur. Non solum in seculo hoc, sed etiam in futuro, ad superiora quatuor membra referatur, significat enim Christum eminere supra omnia, non solum in seculo hoc perituro, uerum-

COMMENT: IN

etiam in futuro, id est, in æternum duraturo. Eminentia ergò Christi supra omnem principatum, potestatem, uirtutem, dominationem, non est temporanea sed æterna, ut quæ etiam futurum seculum comprehendat. Non est ergò quod fideles metuant, ne Christo aliquando ab imperio deposito hostium iniurijs & tyrannidi obijciantur, aut noui alicuius Domini imperio iniurijs suis premantur.

Quintum membrum, amplitudinem imperij Christi continet. Et omnia, inquit, subiecit pedibus eius. Vt enim antea factus est seruus omnium, ut hominem perditum saluaret: ita nunc uictor factus omnia sibi habet subiecta, ita ut omnia ipsius imperio cedere cogantur. Neq; hæc subiectio tantum est amicorum & domesticorum, uerum etiam hostium, omnium Diabolorum & hominum imptorum, adeò ut ipsi Diaboli sub Christi imperio contremiscant.

Hinc fides habet quo se confirmet aduersus omnes inferorum portas, potentiolem enim Christum statuet, quam ut quisquam ipsum spoliare possit, & ei aliquid inuito eripere.

Sextum membrum, singularem quandam imperij Christi formam continet, qua uidelicet is Ecclesiæ Dei dominatur. Et ipsum, inquit, posuit caput super omnia Ecclesiæ. Quòd autem Christus hic dicitur poni à patre caput Eccle-

E
Ecclesia, non
is, qua iuxta
imperium una
inquit Gregor
homo, quod n

Capitis apt
mum Christi do
habet, & gloria
pat, & Ecclesia
desse gloria. V
Num nullo loc
paratur. O
Christum hu
agnosci Eccle
ut qui Christi
Neq; quicquam
res qui fingunt
nam caput
reque habeat. Mi
dum dignitati
tion Ecclesiæ
men omnes min
caput, sed conse
riores se mini
tones & coeq
Porro Chr
tuor modis. I

Ecclesie, non derogat quicquam maiestati Christi, qua iuxta suam diuinam naturam in omnia imperium una cum Patre habet. Christus enim, ut inquit Gregorius Nicenus, dicitur accipere, ut homo, quod naturaliter habet ut Deus.

Capitis appellatione significatur & supremum Christi dominium, quod solus in Ecclesiam habet, & glorie Ecclesie. Nam si Christus est caput, & Ecclesia corpus, summa profecto est Ecclesie gloria. Vbi enim caput, illic & corpus. Nam nullo loco intermedio caput a corpore separatur. Quicumque ergo praeter unum Iesum Christum hunc honorem sibi assumit, & uult agnosci Ecclesie caput, uerus Antichristus est, ut qui Christum sacrilege suo spoliaret honore. Neque quicquam est quod adferant Papae defensores qui fingunt Ecclesiam bicipitem esse, ut quae unum caput ἀρχὴν ἰσχυρὰν, alterum autem διακονικὸν habeat. Ministri enim Ecclesie Dei etsi alij, alium dignitatis locum in Ecclesia propter politiam Ecclesiasticam seruandam habent, tamen omnes ministri sunt, nec alter alterius est caput, sed conseruus in Domino. Ita Paulus inferiores se ministros conseruos uocat, & comilitones & cooperarios Dei & fratres.

Porrò Christus Ecclesie caput dicitur, quatuor modis. Primum, efficacia. Vt enim ex capite

COMMENT: IN

hominis in totum corpus vires per nervos diffunduntur, ita à Christo quicquid habent fideles virum accipiunt, Nam quod fideles mortificantur carne et uiuificantur spiritu, id ex uirtute mortis et resurrectionis Christi capitis habent, siquidem uis mortis Christi in credentibus carnem reprimat, & efficacia uitæ Christi spiritus nouus in homine generatur, unde fit, ut in nouitate uitæ ambulet. Secundo, Christus dicitur caput Ecclesiæ perfectione. Is enim solus in Ecclesiâ perfectionis laudem meretur. Nam omnes uirtutes in eo sunt perfectissimæ, à quo tanquam à sole radij quidam in fideles immittuntur. Tertio, caput dicitur merito, Is enim solus in Ecclesiâ merita habet, quibus nobis cœlestem hereditatem meruit. Quarto, caput est dignitate seu ordine & authoritate. Nam is solus Ecclesiæ Monarcha est $\alpha\upsilon\tau\omicron\pi\acute{\alpha}\tau\omicron\upsilon\varsigma$.

Verum ne quis putet Paulum loqui de Christo tantum, ut de principe Ecclesiæ, addit septimum membrum, Ecclesiæ, inquit, quæ est corpus eius, Est proinde Christus caput, Ecclesiâ uero corpus, in quod omnis uis & efficacia à capite fluit. Hic obseruetur pulcherrima Ecclesiæ definitio, qua definitur esse corpus Christi, non quidem naturale sed mysticum. Huius corporis duplicia sunt membra, uidelicet mortua & uiua. Mortua membra sunt, qui in externo cœtu Ecclesiæ

E

defiæ nobisc
 spiritu fidei d
 crita, & qui
 uiua membra
 diti non ambu
 dum spiritum
 sincere medita
 membra sunt,
 alia profana ge
 sie membra cen
 Porro cum
 plementum
 adimplet,
 Christi uocet
 Christi amor
 complementum
 enim est Christi
 ma salutaris in
 lumenem &
 put, nisi Ecclesiæ
 uniam. Hinc e
 que pro tota Ec
 putur, ut cum di
 corpus unum est
 uero membra co
 num sunt corpu
 unum spiritum
 rati sumus, ho

eleſiæ nobiſcum profitentur articulos fidei, ſed
 ſpiritu fidei deſtituuntur, ut ſunt hæretici, hypo-
 critæ, & qui concupiſcentijs carniſ indulgent.
 Viua membra ſunt, qui uiua fiducia Chriſti præ-
 diti non ambulant ſecundum carnem, ſed ſecun-
 dum ſpiritum quo aguntur, breuiter quicumque
 ſincerè meditantur Chriſtianiſmum, uiua Chriſti
 membra ſunt, Turci autem, increduli Iudæi &
 aliæ profanæ gentes nec uiua nec mortua Eccle-
 ſiæ membra cenſeri debent.

Porrò cum ſubiungit Apoſtolus. Et com-
 plementum eius qui omnia in omnibus
 adimplet, exponit cur Eccleſiam corpus
 Chriſti uocet, & ſimul oſtendit quantus ſit
 Chriſti amor erga Eccleſiam ſuam: quam ſui
 complementum ſiue ſupplementum appellat. Is
 enim eſt Chriſti erga Eccleſiam amor, ut cum om-
 nia ſalutaria in omnibus præſtet, tamen ſeſe ue-
 luti mancum & membriſ mutilum exiſtimet ca-
 put, niſi Eccleſiam habeat, ſibi inſtar corporiſ ad-
 iunctam. Hinc eſt quòd Chriſtus non raro colle-
 ctuè pro tota Eccleſia capiti ſuo adiuncta acci-
 piatur, ut cum dicitur, I. Corinth. 12. Sicut enim
 corpus unum eſt, & membra habet multa, omnia
 uero membra corpori� uniuſ multa cum ſint, u-
 num ſunt corpus: Ita & Chriſtus. Etenim per
 unum ſpiritum nos omnes in unum corpus bap-
 tiſati ſumus, hoc eſt, ut cum Chriſto unum corpus

COMMENT: IN

fieremus, atque adeò ut in unum Christi corpus coalesceremus, ut Ecclesia tota nihil aliud sit quam unus Christus, cuius coagmentationis efficacia signa sunt baptismus & cœna Domini. Huc & illud Galat: 3. Abrahæ dictæ sunt promissiones & semini eius, non dicit, & seminibus, ut de multis, sed ut de uno, Et semini tuo qui est Christus. Hic Christum uocat Apostolus totum corpus collectum, cuius caput & uita est Christus, membra autem sunt fideles, partim ex Iudæis partim ex gentibus, hoc in fine capitis apertius concludit hisce nerbis. Omnes uos unus estis in Christo Iesu. Hinc manarunt illæ loquendi formule, unum cum Christo fieri, cum Christo esse, & Christum in nobis esse, spiritu Christi agi, in Christo eligi, uocari, iustificari, uiuere, cum Christo mori, crucifigi, sepeliri, resurgere, huc illud pertinet quod sequitur cap. 3. gentibus patefactum esse Euangelium, ut fiant cohæredes, concorporales & consortes promissionis in Christo. Hinc est quod Paulus ad Galat: 2. dicat, se in Christo & Christum in se uiuere, hinc & illa Christi uox, Saule, Saule, quid me persequeris?

Quid hinc fides colliget? ut omnem spem suam & consolationem in hoc ponat, quod statuat Christum non posse perire, cuius membrum est per fidem. Hinc in uita, in morte, & quouis periculo se sustentet fidelis, quod certissimo sciat, fore

E
fore ut Chri
glorificetur
rumnis cõten
suam per se n
Apostolus. C
plet. Si enim
Christus & pe
ri à quocumq
nitate Ecclesi
iungere. Habe
monium de Ch
am diuina nat
hic ea tribua
adimpleat, s
atque adeo in

Rectè igit
ubiq; totus, C
nis est Deus. I
antur, ratione
suis peculiare
rii ueritatem
& spem resur
firmiter tene
nostra corpor
mia Christi
mana Christi
chiani, &

EPIST: ADEPHES:

fore ut Christus aliquando cum toto suo corpore glorificetur, ut eius membra in hisce mundi ærumnis cõtenta iaceant. Verum ut sciamus Christum per se non indigere hoc supplemento, addit Apostolus. Qui omnia in omnibus adimplet. Si enim reuera omnia in omnibus adimpleat Christus & perficiat, nequaquam indiget suppleri à quoquam, nisi quatenus pro immensa sua bonitate Ecclesiam dignatur sibi instar corporis adiungere. Habet & hic locus luculentum testimonium de Christi diuinitate, Nam cum proprium diuinae naturæ sit implere omnia: Et Christo hic ea tribuatur facultas, quòd omnia in omnibus adimpleat, sequitur Christum uerum Deum esse, atque adeo infinitam & æternam personam.

Rectè igitur in Ecclesia dicitur. Christus est ubiq; totus, Christus omnia complet, filius uirginis est Deus. Nam hæc rectissimè personæ tribuuntur, ratione diuinae naturæ, non humane quæ suas peculiare proprietates habet, quas si sustuleris ueritatem humane naturæ in Christo tollis, & spem resurrectionis nostri subuertis. Quare firmiter tenendum est, quod Paulus ad Philip. 3. nostra corpõra contemta fore aliquando conformia Christi glorioso corpori. Iam si natura humana Christi conuersa esset (ut olim impiè Euty-chiani, & hodie sacrilegè Stenckfeldius docet)

E S in diui-

COMMENT: IN

in diuinam naturam, nulla prorsus nobis spes resurrectionis remaneret. Hæc sint dicta de hac pericopa in qua Paulus præcipuos articulos fidei nostræ de Christo proponit, & simul eorum fructum nobis breuissime commendat.

DE PRÆDESTINATIONE.

Quoniam autem prædestinationis & electionis ad uitam æternam sæpius in hoc cap: facta est mentio, uisum est mihi non inutile assertiones quasdam huc ascribere, quæ summam doctrinæ de prædestinatione continebunt, idq; hoc consilio, ut hæc doctrina quæ est basis salutis nostræ, illustretur consideratis circumstantijs, & pio lectori magis dulcescat eius cogitatio.

I.

De æterna Dei prædestinatione & electione hominum ad uitam beatam, & immortalem rectè erudiri Ecclesiam summopere necessarium est. Nam ut nulla doctrina uberiores consolationem pijs conscientijs adferre potest, quàm doctrina prædestinationis rectè explicata: Ita nihil periculosius est, quàm à uera prædestinationis ratione aberrare.

II.

Quare ne à modo prædestinationis & electionis

nis

nis, quem ne
summo studi
do defleat
re non pote

Sunt qui
tem in Dei ele
modum uerum
tabulas Parca
sere implicant

Nam fier
qui fatales l
ginatur, uel
tione pernic

Quidam e
asem arripie
ut: sibi quida
atro in graue

Nonnulli in
cum contra
promissionem
trum demer
re, nisi matu
cesse est.

EPIST: AD EPHE:

nis, quem nobis commendat scriptura aberremus, summo studio cauendum est. Nam qui à uero modo deflectit in præcipitium setur, unde se recipere non potest, nisi diuinitus ei succurratur.

III.

Sunt quidam, qui cum audiunt, nostram salutem in Dei electione & proposito sitam esse, & modum uerum haud obseruant, somnia Stoica & tabulas Parcarum fingunt: quibus & seipso misere implicant, & alios periculose seducunt.

IIII.

Nam fieri aliud nequaquam potest, quam ut is qui fatales libros de saluandis & perdendis imaginatur, uel Hypocrisi uana turgeat, uel desperatione perniciose tabescat.

V.

Quidam enim carnalis cuiusdam securitatis ansam arripientes, in quæuis scelera licentiose ruunt: sibi quidem ipsis in certam pernicem, alijs uero in graue scandalum.

VI.

Nonnulli in contrarium malum feruntur: qui cum contra uerbum Dei particularem gratie promissionem somniant, in desperationis baratrum demerguntur: in quo eos æternum perire, nisi mature dextera Dei erecti resipiscant, necesse est.

Quæ

COMMENT: I N

VII.

Quapropter, cum audimus uerbo Dei nobis prædestinationis mysterium commendari, simul in uerbo Dei prædestinationis modum cum sua uera causa queramus: quem si rectè tenuerimus, summam consolationem prædestinationis doctrina nobis adferet: & erit non solum ueluti calcar quoddam ad omnia pietatis exercitia: uerum etiam ut sacra quædam ancora in mortis articulo.

VIII.

Modus autem prædestinationis uerissimus est, quem Paulus nobis commonstrat cum ad Ephesios ita scribit: Elegit nos in CHRISTO ante constitutionem mundi, ut simus nos sancti & inculpatores coram ipso in dilectione. Item prædestinauit nos in adoptionem per CHRISTVM IESVM. Item: Gratos nos fecit in dilecto: in quo habemus redemptionem per sanguinem eius. Item, proposuit recolligere omnia in Christo. Item, In quo in sortem asciti sumus, prædestinati secundum propositum eius, qui omnia operatur secundum consilium uoluntatis suæ, ut nos simus in laudem gloriæ eius, qui ante sperauimus in Christo. Item, In Quo & credentes obfirmati estis spiritu promissionis sancto, qui est Arrabo hereditatis nostræ.

IX.

Hic

Hic Paulus
nis definit,
nos saluti p
Christum
In Christo
tus membra e
um promiscue

Prædestina
fatales libros e
iuxta consiliu
consequenda

In hoc
cum fide infe
mor, atq; ideo
si sumus.

Quam aut
ordinatione d
simonia. Pau
ne disputat h
Quid igitur
tur iustitiam
am, inquam
legem iusti

EPIST: AD EPHE:

Hic Paulus clarissimè modum prædestinationis definit, dum pronunciat Deum prædestinasse nos saluti per Christum & in Christo. Per Christum quidem ut mediatorem & λυτρωτόν. In Christo uerò ut in capite & cum capite: cuius membra efficimur per fidem, quam Euangelium promiscuè omnibus prædicat.

X.

Prædestinauit igitur nos Deus, non exarando fatales libros cum Zenonis familia, sed statuendo iuxta consilium uoluntatis suæ modum salutis consequendæ per Christum & in Christo.

XI.

In hoc modo conditio fidei includitur. Nam cum fide inserimur Christo, eius membra efficimur, atq; ideo electi dicimur, quia membra Christi sumus.

XII.

Quàm autem hæc conditio sit necessaria, ex ordinatione diuina, plurima sanè declarant testimonia. Paulus Rom. 9. Vbi de prædestinatione disputat hanc conditionem inculcat inquit: Quid igitur dicemus? gentes, quæ non sectabantur iustitiam apprehenderunt iustitiam, iustitiam, inquam, quæ est ex fide. Israël uero sectans legem iustitiæ, ad legem iustitiæ non peruenit.

Quare?

COMMENT: IN

Quare? quia non ex fide, sed ex operibus legis. Hanc conditionem repetit Apostolus in decimo capite, & sepe aliàs eam urget, Colloß: 1. Si modo in fide permaneat is fundati. Hebr. 3. Participes facti sumus Christi, si modò incoatam fiduciam usq; ad finem firmam teneamus. 1. Timoth: 2. Mulier saluabitur si permanserit in fide.

XIII.

Neceßitatem huius conditionis Apostolus ipse de se loquens ostendit: Væ mihi si non Euangelizem. Item, Castigo corpus meum, & in seruitutem redigo, ne fortè cum alijs prædicauero, ipse reprobus efficiar. Si igitur Paulus electum Dei organum ex fide obedientiam erga Deum non præstitisset, fide excussa gratia excidisset, reprobus sua culpa effectus. Ieremias idem uerbis Domini inculcat. Si, inquit, pœnitentiam egerit gens illa à malo quod locutus sum aduersus eam, agam & ego pœnitentiam super malo quod cogitavi, ut facerem ei. Si fecerit malum in oculis meis, ut non audiant uocem meam, pœnitentiam agam super bono quod locutus sum, ut facerem ei.

XIIII.

Hinc manifeste apparet prædestinationem diuinam per Christum, & in Christo ratam esse, & requirere à nobis conditionem fidei qua Christo inserimur, atq; ideo electi censemur.

EX

Ex his c
nationis ex
est ordinat
mundi, secu
luntatis sua
naut uita et
terem creditu
ram ipso, ut q
cent in omni a
bitio, qua rei
ta, & mane
Christum c
Christi ad fi
reprobation
iusticia Dei
propiciatori
conjugunt.

Porro cum
multis heretic
personarum,
humanorum e
nec ex ration
candum sit.
gatiuam car
tis electioni

EPIST: ADEPHES:

XV.

Ex his quæ hætenus diximus hanc prædesti-
nationis extruamus definitionem. Prædestinatio
est ordinatio Dei, qua ipse ante constitutionem
mundi, secundum beneplacitum & consilium uo-
luntatis suæ per Christum, & in Christo desti-
nauit uitæ æternæ omnes in Christum redem-
torem credituros, ut sint sancti & inculpati cor-
am ipso, utq; laudem gloriæ gratiæ ipsius prædi-
cent in omni æternitate. Huic opponitur repro-
batio, qua reijciuntur & arcentur ab æterna ui-
ta, & mancipantur æternis pœnis, quotquot in
Christum credere recusant, & quicumq; in fide
Christi ad finem usq; uitæ non perseuerant. Huius
reprobationis causa est peccatum hominum, &
iusticia Dei iustè punientis transgressores qui ad
propiciatoriũ hominibus à Deo propositum, non
confugiunt.

XVI.

Porro cum conditionem fidei requirimus, si-
mul Pharisaicum taxamus errorem de dignitate
personarum, de prærogatiua carnis, de meritis
humanorum operum. Vnde & hoc sequitur, quòd
nec ex ratione, nec ex lege de hoc mysterio iudi-
candum sit. Nam, ut ratio dignitatem & præro-
gatiuam carnis: Ita lex merita operum Hypocri-
tis electionis causam falso statuere uidetur.

Non

COMMENT. IN

XVII.

Non est itaq; causa prædestinationis in nobis, ut falso opinantur Monachi, sed in Deo: quam causam Paulus ἐνδοκίαν uoluntatis Dei uocat: Augustinus misericordissimam Dei uoluntatem. De hac uoluntate Dei, erga homines ubi certò constiterit, prædestinationis nostri fundamentum habemus immotum. Nam Deus omnia, ut Paulus testatur, secundum consilium huius suæ uoluntatis operatur.

XVIII.

Hæc Dei uoluntas misericordissima, non est nobis incognita aut tecta, sed tradita est, & reuelata nobis uoce Euangelij. Et in quatuor potissimum cernitur: In missione Filij, in promissione, in mandato, & in oblatione gratiæ.

XIX.

Missio Filij locupletissimum testimonium paternæ uoluntatis Dei erga nos est: iuxta hanc uocem Filij: sic Deus dilexit mundum, ut Filium suum unigenitum daret, ut omnis qui credit in eum non periat, sed habeat uitam æternam, Roman. 5. Commendat Deus charitatem suam erga nos, quòd cum adhuc essemus peccatores Christus pro nobis mortuus est. Huius itaq; λύτρον sufficiens est satisfactio & expiatio peccatorum totius mundi,
Per

IN
EPIST: ADEPHES:

Per hunc enim pater fatetur se placatum esse, & iubet serio ut ipsum audiamus.

XX.

Neq; est quod quisquam existimet missum esse filium in mundum, ut quosdam selectos tantum de genere humano redimeret, sed potius, ut totius mundi peccata tolleret, iuxta illud: Ecce agnus Dei qui tollit peccata mundi: Nam ut communem nostram naturam assumpsit, ita cum natura nostram causam in se recepit: Ita enim palam de se ipse ait: Filius hominis uenit saluare quod perierat. Iam autem non pauci aliquot perierant de genere humano, sed totum genus humanum. Quenadmodum igitur in Adamo omnes lapsi sumus: Ita cum Adamo datur omnibus promissio seminis contrituri caput serpentis. Hinc Iohannes. Christus apparuit, ut destruat opera Diaboli. Quapropter fidelis sermo, ut Paulus ait, & omni approbatione dignus est, quod Christus Iesus uenit in hunc mundum peccatores saluos facere.

XXI.

Quod autem euentus (proh dolor) non respondeat uoluntati patris mittentis filium & desiderio filij deriuantis in se pœnam peccati, id fit propria hominum malitia, qui à patre clementissimo ad nuptias filij inuitati uenire recusant: quemadmodum Christus ipse conqueritur, cum ait: Multi sunt uocati, pauci uerò electi, hoc est

F pauci

COMMENT: IN

pauci credunt & fructus pœnitentiæ edunt, atq; ideo expelluntur de domo nuptiarum, ut qui uerstem nuptialem non habeant.

XXII.

Promissio gratiæ, quæ uerè uniuersalis est, similiter uoluntatem misericordissimam patris cœlestis nobis commendat. Huc pertinent plurima dicta: inter quæ sunt hæc. Hæc est uoluntas patris mei, qui misit me, ut omnis qui uidet Filium & credit in eum, habeat uitam æternam. Matth: 18. Sic non est uoluntas ante Patrem meum qui in cœlis est, ut pereat unus de pusillis istis. 1. Timoth. 2. Deus uult omnes homines saluos fieri & ad agnitionem ueritatis uenire. 2. Pet: 3. Deus longanimis est, erga uos, non uolens ullos perire sed omnes ad pœnitentiam recipere. Huc & illud Propheticum pertinet. Nolo mortem peccatoris, sed ut conuertatur & uiuat. Hinc Diuus Bernhardus: Prodit in lucem ad misericordiam magnum consilium, quod ab æterno latuerat in sinu æternitatis, quod nolit uidelicet Deus mortem peccatoris, sed magis ut conuertatur & uiuat.

XXIII.

Hæc promissio gratiæ, ut est uniuersalis, ita etiam est gratuita, sola fide accipienda. Vtrunq; perspicue docet Paulus ad Roman: 9. 10. 11. ubi excludit apertè omnem prærogatiuam carnis & operum

EP
perum mer
ni pidesier
& Græca Id
omnes qui

Huc facti
Apostolus pro
& Isaac, & fi
deum adducit:
modandi sunt
spectantibus, n
Abraha & Is
minus in rebu
ab istis sancti
ca quemadam
spectantibus,
bus sancti Pat
Abraham de J
Iacobo & non
solum illi sunt
sui gratiæ
gatiua carnis

Neq; aliud
igitur uolenti
Dei. Nam hui
bio est uerissi
tis, uidelicet

IN
tentie edunt,
pturum, ut qu
I.
e uere uniuersali
ricordissimam
Huc pertinent p
ec. Hec est uol
omnis qui uide
reat uitam atern
ntis ante Patrem
ut unus de pusillis
omnes homines s
ritatis uentre. 2. Pe
ra nos, non uolens
itentiam recipere.
tinet. Nolo mor
tur & uiuati
t in lucem ad m
filium, quod ab a
atis, quod nolit
oris, sed magis ui
I.
ut est uniuersali
accipienda. Vm
Roman: 9, 10. m
rogatiuam carni
opa

EPÍST: AD EPHESIOS.

operum merita, & concludit omnem qui credit non pude fieri. Non est enim (ait) distinctio Iudæi & Græci. Idem enim Dominus omnium diues in omnes qui inuocant ipsum.

XXIII.

Huc faciunt pulcherrimi illi Typi, quos idem Apostolus proponit, cum filios Abrahæ Ismaelem & Isaac, & filios Isaac Iacobum & Esau in medium adducit: qui typi in hunc modum accommodandi sunt. In commodis certis ad hanc uitam spectantibus, non omnes qui nati sunt ex semine Abrahæ & Isaac habentur illorum filij. Multo minus in rebus spiritualibus censebuntur filij, qui ab istis sanctis patribus ortum ducunt. Quocirca quemadmodum in commodis ad hanc uitam spectantibus, tantum illi reputantur filij, de quibus sancti Patriarchæ habebant promissiones: Vt Abraham de Isaaco, & non de Ismaele, Isaac de Iacobo & non de Esau: ita in rebus spiritualibus solum illi sunt Abrahæ filij censendi, qui promissioni gratuite credunt, & non illi qui prerogatiua carnis tument.

XXV.

Neq; aliud uult conclusio Apostoli: Non est igitur uolentis neq; currentis, sed misereantis Dei. Nam huius conclusionis hic sensus absq; dubio est uerissimus. Non est uolentis neq; currentis, uidelicet secundum carnem, quia uoluntas
F 2 carnis

COMMENT: IN

carnis & cursus carnis nituntur, prærogatiua
carnis & meritis operum. Atq; ideò aduersantur
misericordiæ Dei, & merito Christi. Sed est uo-
lentis & currentis secundum promissionem: hoc
est, credentis. Siquidem omnia possibilia sunt cre-
dendi. Nam hæc uoluntas & hic cursus commen-
dant misericordiam Dei, adeoq; sola misericor-
dia in Christo promissa nituntur. Quid hinc
iam efficitur? Illud quod propositum erat ab A-
postolo, non filios carnis, sed filios promissionis
esse hæredes.

XXVI.

Sunt autem filij promissionis, omnes qui cre-
dunt promissioni, ut Abraham credidit. Nam A-
postolus Rom. 4. definit filios promissionis esse
eos, qui insistent uestigijs fidei Abraham. Et ad
Gal. 3. Scitote, inquit, quòd qui credunt, hi sunt
filij Abrahæ. Si filij sunt, & hæredes secundum
promissionem.

XXVII.

Qui hanc uniuersalem gratiam negant (quan-
tùm quidem ad uoluntatē Dei paternam attinet)
præterquàm quòd Paulo, adeoq; consensui totius
scripturæ se opponunt, grauissimè impingunt.
Primum enim tribuunt Deo $\pi\rho\sigma\omega\sigma\omicron\lambda\chi\iota\alpha\rho$.
Deinde fingunt in Deo contradictorias uolum-
tates.

Sed

EP.

Sed quod a-
ulta dicta te-
cipiam comp-
ut iuxta hanc
us, & retribu-
Sed proinde e-
nes penitentes
impunitentes or-
narum respectu

Quòd autem
hui, & Ioseph
non constituit
personarum a-
equalibus inae-
tribuuntur. Nam
licetiam regul-
omnes credente
continentes fi-
pau puiture e-
tempor est.

Præterea, qui
ne uoluntates,
ueracissimus in-
damnet. Cum
mnes homine

EPIST: AD EPHE:

XXVIII.

Sed quod apud Deum non sit προσωπληψία multa dicta testantur. Deus enim semper bonam causam comprobat, & semper malam condemnat, iuxta hanc regulam: Fideles custodit Dominus, & retribuet abundanter facienti superbiam. Nihil proinde certius est, quam quod Deus omnes poenitentes recipiat in gratiam, & contra impoenitentes omnes rejiciat absq; omni personarum respectu.

XXIX.

Quod autem Deus Lazarum mendicare uoluit, & Iosephum principem Aegypti fecit, hoc non constituit in Deo προσωπληψίαν. Nam personarum acceptio in iudicijs locum habet, ubi aequalibus inaequalia, aut inaequalibus aequalia tribuuntur. Nunc autem cum Deus sibi hanc iudiciariam regulam statuit, quod uelit in Christo omnes credentes saluare, & quod uelit omnes contemnentes filium, et perseuerantes in delictis poenis punire aeternis, nequaquam personarum acceptor est.

XXX.

Præterea, quod non sint in Deo contradictoriae uoluntates, ex eo manifestum est, quod, ut ipse ueracissimus, imò ipsa ueritas est: ita duplex cor damnet. Cum igitur scriptum est: Deus uult omnes homines saluos fieri: Item, Deus non uult

F 3 ullos

COMMENT. IN

illos perire, sed omnes ad pœnitentiam recipere: nequaquam sunt harum propositionum contradictoriæ admittendæ, quæ sunt, Deus non omnes uult saluos fieri, Deus uult aliquos perire, & non omnes ad pœnitentiam recipere

XXXI.

Quomodo ergo (inquires) damnantur multi cum omnes saluos fieri Deus uelit? Si consilium creationis & missi filij in mundum respicimus, uerè uoluntas Dei est ut nullus pereat. Verum si euentum consideramus, uoluntas Dei est, ut contumaces & impœnitentes periant. Pater terrenus uult, omnes suos filios hæreditate gaudere. Hæc est enim paterna storga in bono patre. Verùm si aliquis filiorum perrexerit esse contumax, ut nec uerbis, nec flagellis emendari uelit, hunc pater hæreditate priuat, & inter filios amplius non numerat.

XXXII.

Huius rei typus in Deuteronomio proponitur. Si genuerit (ait Dominus) homo filium rebellem & proteruum, qui non audierit patris & matris imperium, & coercitus obedire contempserit, apprehendent eum pater eius & mater eius, & ducent eum ad seniores ciuitatis, & ad portam iudicij, dicentq; ad eos: Filius noster iste proteruus & rebellis est, monita nostra audire contemnit, Lurco & potat or est lapidibus eum obruet

EPIST: ADEPHES:

obruet populus ciuitatis & morietur. Nonne hic pater uult filium obrui lapidibus, quem naturali storga charissimum habeant? Ad eundem plane modum Deus ex sua paterna bonitate uult omnes homines heredes fieri uitæ æternæ: Verum contumaces nihilominus & rebelles perpetuis pœnis uult obrui.

XXXIII.

Discernendum est igitur accuratè inter uoluntatem Dei paternam, quam Theologi antecedentem uocant, & eam quæ sequitur hominum contumaciam. Quare & consequens dicitur.

XXXIIII.

Mandatum (hoc enim est tertium, in quo supra proposuimus uoluntatem Dei erga homines conspici) similiter nobis uoluntatem Dei uerè paternam erga omnes commendat. Fieri enim non potest ut uoluntas Dei cum mandato ipsius pugnet. Quapropter cū iubet, ut totus mundus filium suū audiat, uult profectò, ut omnes illum audiant: uult ut ex auditu fidem concipiant. Prædicatio enim Euangelij requirit fidem. Vult deniq; ut credentes saluentur. Deinde filius, qui est sapientia patris, amandat discipulos suos in omnem terram cum hoc mandato: *Ite in mundum uniuersum, & proclamate Euangelium omni creaturæ, Qui crediderit & baptizatus fuerit saluus erit. Qui*

F 4 uerò

COMMENT: IN

nerò non crediderit condemnabitur. Hoc mandatum cum sit uniuersale, clarè testatur Deum uelle omnium hominum salutem, sed cum conditione fidei, ut indicat promissio mandato addita. Matth: II. Clamat Dominus: Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam uos. Hic utrumq; hoc est, mandatum & promissio testantur uoluntatem Dei paternam esse, ut omnes ueniant ad Christum uocantem, & omnes in eo consequantur salutem.

XXXV.

Firmisimè, Itaq; & sine hesitatione statuendum est, mandatum Dei æternum & uniuersale, esse testimonium infallibile uoluntatis ipsius erga homines. Cum igitur mandat omnibus, ut audiant filium & credant, uult reuerà, ut omnes audiant, credant, iustificentur, sanctificentur, saluentur, absit procul à Christiano pectore cogitare Deum foris offerre omnibus ueniam, sed intus aliam uoluntatem inclusam habere.

XXXVI.

Sed obijciat forte aliquis: fides donum Dei est, & opus spiritus sancti. Ergo nemo credere potest nisi qui diuinitus fidem acceperit. Item, nemo uenit ad filium, nisi quem pater traxerit. Hoc uerisimum esse fateor. Verùm cum Paulus inquit. Fides ex auditu, auditus autem per uerbum Dei,

EPIS

Dei, significat
lem instrumen
ti: in qua Deu
efficax, uult tr
sed multi trahen
obediare. Hoc cla
in hunc modum p
Quotes uolui te
gatillos suos, &
cum stephanus si
ceruice & incire
seper spiritui s
pud Esaiam: T
populum conti
ipso testimoni
ostendit, quam
rum fuisse conc
dum illuminatur
sponitur passue
uoluntas docta
sanctum actiue e

Huc etiam f
de Nabuchodon
uerbis: Quant
rant: Quantum
tum ad causam

EPIST: AD EPHESIOS.

Dei, significat ordinarium ad consequendam fidem instrumentum esse prædicationem Euangelij: in qua Deus iuxta suas promissiones uult esse efficax, uult trahere uerbo & spiritu ad filium. Sed multi trahenti patri repugnant, cui poterant obedire. Hoc clarè comprobatur querela Christi in hunc modum peruicaciam Iudeorum deslantis: Quoties uolui te congregare, ut gallina congregat pullos suos, & nolusti? Similem contumaciam Stephanus suis Iudæis obijcit, Duri, inquit, ceruice & incircumcisi corde & auribus, uos semper spiritui sancto resistitis. Et Dominus apud Esaiam: Tota die expandi manus meas ad populum contumacem & contradicentem. Hoc ipso testimonio & Paulus rebellionem Iudeorum ostendit, quam rebellionem causam reiectionis eorum fuisse concludit. Etsi autem animus noster dum illuminatur, preparatur, immutatur, & disponitur passiuè se habet: tamen quoad assensum uoluntas docta uerbo, & roborata per spiritum sanctum actiuè etiam concurrat.

XXXVII.

Huc etiam facit exemplum quod Augustinus de Nabuchodonosor & Pharaone proponit hisce uerbis: Quantum ad naturam ambo homines erant: Quantum ad dignitatem ambo reges: Quantum ad causam, ambo populum Dei captiuum

F S post

COMMENT: IN

possidebant: Quantum ad poenam ambo flagellis
clementer admoniti. Quid ergo fines eorum fecit
diuersos? nisi quod unus manum Dei sentiens, in
recordatione propria iniquitatis ingemuit: alter
libero contra misericordissimam Dei uoluntatem
pugnauit arbitrio.

XXXVIII.

Verum hic imprimis cauendum est, ne quis
peccandi petulantia & longa consuetudine, abu-
sus benignitate Dei inuitantis se ad poenitentiam,
accersat sibi ipsi iudicium, ut à Deo irato derelin-
quentur atq; à Deo permittatur ruere in reprobam
mentem. Hoc cum fit homo ad uerbum Dei obsur-
descit, & sibi ipsi eam peccandi necessitatem im-
ponit propria uoluntate, ut iam aliud quam pec-
care non possit. Perinde enim illi accidit, ac si
quis se ipsum de cacumine montis praecipitem da-
ret, unde postea casum reuocare non ualeret.

XXXIX.

Mature igitur uocanti Deo obtemperare os-
portet, & resipiscere sollicitèq; ambulare (ut
Propheta monet) coram Deo suo. Nam qui uo-
cantem Deum per suos ministros audire recusat
in contumaciae poenam incurrit. Unde fit, ut ma-
gis magisque uinculis peccati constrictus donec
tandem dedoleat, susq; deq; ferat omnia salutis
media. Hic proinde locum habet uulgò notus uer-
siculus. Qui non es hodie cras minus aptus eris.

Ob-

IN
nam ambo flagellis
go fines eorum fecit
num Dei sentiens in
atis ingemuit: aliter
am Dei uoluntatem

II.
endum est, ne qui
consuetudine, ab
se ad poenitentiam
a Deo irato derelin
tur uere in reprobi
a uerbum Dei obsur
anda necessitatem in
iam aliud quam pec
enim illi accidit, ac fi
ntis precipitem de
re non ualeret.

Deo obtemperare o
iteq; ambulare (ut
o suo. Nam qui nos
stros audire recula
it. Vnde fit, ut ma
constrictus denu
erat omnia salutis
et uulgo notus uer
minus aptus eris.
Ob.

EPIST: ADEPHES:

XL.

Obsignatio gratiæ (huic enim quartum lo
cum tribui inter ea inditia, quæ nobis ob oculos
ponunt, quàm sit paterna uoluntas Dei erga om
nes homines) clarissimè nobis paternam uolun
tatem Dei commendat. Nam dum iubet baptiza
ri omnes gentes, uult uerissimè omnibus gen
tibus suam obsignari gratiam, & misericordissi
mam uoluntatem. Nunquam enim gentes omnes
inuitaret ad baptismum nisi omnibus gentibus sa
lutem, quàm obsignat baptismo, impartiri uellet.
Est enim immota hæc consecutio: Deus omnibus
offert salutem: ergo uult omnium salutem.

XLI.

Quod autem in multis baptismus est tantum
literalis, hoc non fit Dei consilio & uoluntate,
qui uerè suam gratiam baptismo offert & obsi
gnat: sed hominum culpa, qui à pacto cum Deo
in baptismo inito turpiter discedunt.

XLII:

Nam ut Deus promittit, & promissum obsi
gnat baptismo: ita par est, ut homo ab altera par
te fide respondeat. Siquidem in omni pacto utraq;
pars pacti conditiones & leges seruabit. Atque
eam ob causam Petrus baptismum definit stipula
tionem bonæ conscientie cum Deo. Deus enim
baptismum offerens promittit gratiam, conscien
tia uerò

COMMENT: IN
*tia uerò fide respondens in pacto acquiescit freta
resurrectione Iesu Christi.*

XLIII.

Cum itaq; ex his demonstrationibus euidentissimè nobis constat de uoluntate Dei paterna erga nos, quæ uoluntas est causa & basis prædestinationis & electionis nostri, firmam teneamus fiduciam salutis nostræ, & ad uoluntatē Dei paternam in Missionē filij, in promissione, in mandato, & in oblatione gratiæ expressam, tanquam ad arcem munitissimam nos recipiamus: nihil morantes decreta Stoica quantumuis magnos patronos & sapientes habeant.

XLIIII.

Porro fines prædestinationis & electionis nostri ad salutem duos Paulus constituit, Ephesijs scribens: quorum proximus est, ut simus sancti & irreprehensibiles coram ipso, hoc est, ut studeamus sanctitati & innocentie, habeamusq; semper bonum propositum: Vltimus ut laudetur gloria ipsius à nobis in omni æternitate.

XLV.

Restat nunc, ut nonnihil dicamus de usu huius dulcissimæ doctrinæ prædestinationis & electionis, qui duplex ex Pauli Epistolis ad Romanos: & Ephesi: colligi potest. Ad Romanos ideo scribit Paulus de prædestinatione, ut ex causa, modo, &

con-

EPIST: ADEPHES:

conditione prædestinationis concludat prærogatiuam carnis & humana merita nequaquam esse causam salutis. Euertit igitur Apostolus prærogatiuam carnis, & omnia humana merita tollit quo sit locus misericordiæ Dei in Christo Iesu, & uia pateat salutis omnibus qui in Christum credere non recusauerint. Ad Ephesios de hoc ipso mysterio agit, ut ostendat Euangelium Christi non esse nouam doctrinam ab Apostolis excogitatam, sed ante mundum conditum in pectore Dei fuisse reconditam, & suo tempore mundo patefactam,

XLVI.

Præter hunc duplicem usum, quorum prior ad confirmationem gratiæ iustitiæ & uniuersalis gratiæ pertinet, posterior ad commendationem antiquitatis Euangelij refertur: Erit & hic usus (quem Paulus attingit ad Roman. 8.) ut statuatur pij nullam crucem, nullam calamitatem, nullam deniq; rem aliam posse impedire salutem credentium, quæ decreto Dei æterno nititur,

XLVII.

Hinc consolatio ingens oritur in agone mortis, & summa & inenarrabilis leticia nascitur, adeo ut iam moriturus quasi ouans dicat: in Domino confidit anima mea, non timebo, Christus meus uictor mortis est, in hoc ego triumphabo.

Huc

COMMENT. IN

XLVIII.

Huc pertinet illud Dauidicum: Viriliter agite, & confortetur cor uestrum omnes qui speratis in Dominum. Custodit enim Dominus omnes diligentes se.

XLIX.

Ceterum hic usus confirmans nos in cruce & consolans in agone mortis tum demum locum habet, ubi nos ipsos in Christo esse senserimus, & Christum in nobis.

L.

Quare iuxta consilium Pauli instituenda est probatio nostri qui in hunc modum scribit Corinthijs. Vos ipsos tentate an sitis in fide, uos ipsos probate an non cognoscitis uos ipsos, quod Iesus Christus sit in uobis?

LI.

Hæc Pauli uerba certissimum probandi modum nobis præscribunt, qui est tentare & explorare an quis sit in fide, an Christus in se habitet: quæ sane probatio aliunde proficisci non potest quàm ex effectibus spiritus Christi. Nam qui spiritu Christi ducuntur hi sunt eius. Qui autem ducuntur spiritu Christi cogitant, amant, prosequuntur quæ sunt Christi, & nihil antiquius habent quàm totam suam uitam Deo approbare. Hinc est in sanctis pugna spiritus aduersus carnem.

Huc

E

Huc & illa
militiam retine
Nam hæc certy
simonia. Vbi e
gata est à mortu
scentia & piun
monia sunt. Con
conscientia, & n
talia profus fide
lam de fide glori
cisa declarant, e

CAPV

SVMI

DEVS non
Dac filios iræ
engentes, que at
De omni discrim
ta, pœcç; facta in
nitat ostenderet
gratiam erga fide
storum & Proj
gulari Christo, b
peccatores recip

EPIST: ADEPHES:

LII.

Huc & illud Pauli pertinet. Milita honestam militiam retinens fidem & bonam conscientiam. Nam hæc certissima sunt inhabitantis Christi testimonia. Vbi enim fides est, illic conscientia purgata est à mortuis operibus. Quare & bona conscientia & primum propositum fidei sincere testimonia sunt. Contrà autem ubi contaminata est conscientia, & ubi est propositum peccandi, ibi nulla prorsus fides est, nisi forte hypocritica quædam de fide gloriatio, quam uanissimam esse opera ipsa declarant, & Diuus Iacobus commonstrat.

CAPVT SECVN-

DVM.

SVMMA CAPITIS

SECVNDI.

DEVS non solum Iudæos mortuos peccatis ac filios iræ ex gratia per fidem, uerum etiam gentes, quæ antea quidē erant extra familiam Dei, omni discrimine inter Iudæos et gentes sublato, paceq; facta inter utrosq;, cum Christo uiuificauit, ut ostenderet omnibus seculis inexhaustā suam gratiam erga fideles, qui super fundamento Apostolorum & Prophetarū extructi sunt lapide angulari Christo, breuius autē sic: Gentes & Iudæos peccatores recipit Deus in gratiā propter filium.

ORDO

COMMENT: IN
ORDO CAPITIS SE-
CVNDI.

PRincipium huius capituli aptissime cum fine
precedentis coheret. Siquidem accommodat
Apostolus hic doctrinam uniuersalem ad gentes
& Iudeos, id est, transfert thesin ad hypotheses.
Repetit enim in hoc capite particulariter quod
generatim in primo traditum est: alia tamen ora-
tionis forma, illustrandi & exaggerandi causa.
Instituit autem comparationem duplicis status
hominis. Prioris, uidelicet, ante gratiam & po-
sterioris sub gratia. Ante gratiam homines mor-
tui sunt in delictis & peccatis. Sub gratia uiuifi-
cantur cum Christo per fidem. Hanc comparatio-
nem primum, ut in propositione utrisq; accom-
modat. Deinde seorsim eam cum Iudeis tum
Ephesijs applicat: subiungens breuem quendam
Aphorismum in quo summam salutis exponit.
Tum latius gentibus eandem comparationem sub
nomine Ephesiorum accommodat: exponens quo-
modo gentiles, qui antea erant extra Rempub:
Dei, nunc sint conciuues sanctorum & domestici
Dei, idq; per crucem Christi, cuius uirtus per
predicationem Euangelij hominibus innotescit.
His tandem conclusionem subiicit cum amplifica-
tione. Hac omnia eo pertinent, ut Ephesij pro
dignitate reputent gratiam Euangelij, cuius
sunt

EP

int facti part
us.

EXEGES

TI S CV

DO

Et uos cur
Et peccatis in
cundum secu
cundum pri
spiritus, qui r
credulitatis.

TAmetsi co
batis turh
confusio. Vi au
com suo uerbo ex
modo: Et uos, scil
ut cum Christo, e
spatiam expen
is Christum capu
he autem Ephesio
ement ad quant
per Euangelium u
catifis Ephesijs
nem duplicis stati
tis communis

EPIS: AD EPHE:

sunt facti participes, ne ab ea temere deficiant
rursus.

EXEGESIS SECVNDI CAPI-
TIS CVM OBSERVATIONE
DOCTRINARVM,

Et uos cum eratis mortuū delictis
& peccatis in quibus ambulastis se-
cundum seculum mundi huius, se-
cundum principem potestatis aëris
spiritus, qui nunc operatur in filijs in-
credulitatis.

TAmetsi constructio huius orationis hyper-
batis turbata est: Rerum tamen nulla est
confusio. Vt autem oratio sit plena subiectum
cum suo uerbo ex sequentibus petendum est hoc
modo: Et uos, scilicet, Deus pater, una uiuifica-
uit cum Christo, cum eratis mortui delictis. Iam
sententiam expendamus. In fine superioris capi-
tis Christum caput Ecclesie affirmat Apostolus,
hic autem Ephesios Christo capiti subijcit, ut uere
estiment ad quantam dignitatem & gloriam sint
per Euangelium uocati, Vt autem magis dulces-
cat ipsis Ephesijs hoc ingens beneficium collatio-
nem duplicis status Iudæis & Ephesijs, id est, gen-
tibus communis proponit. Prior status est utro-
rumq;

G rumq;

COMMENT: IN

rumq; ante conuersionem: Posterior post conuersionem. Ante conuersionem pronunciat Paulus utrosq; fuisse mortuos delictis & peccatis. Post conuersionem autem à peccatorum reatu absolutos esse & uiuificatos cum Christo. Per delicta peccatorum quasi primordia, per peccata peccandi consuetudinem intellige. Quòd autem mortui fuerint Ephesij delictis & peccatis ante conuersionem, confirmat duobus argumentis. Remittit enim ipsos cum ad experientiam, tum ad causam & principem omnis mali. Experientia ipsi ignorare haud potuerunt quàm fuerint contaminati, more totius mundi, demersi in peccatorum abyssum, Nam secundum seculum mundi huius significat morem & imitatio mundi, qui non nisi peccatis delectatur.

Mortui delictis & peccatis non dicuntur hoc loco quibus peccatum extinctum est, sed quos peccatum mortificauit & occidit, ut reos coram tribunali Dei. Loquitur autē Apostolus de spiritali morte, quæ est separatio spiritus Dei & gratiæ ab homine. Vnde & mors illa quam primam uocant, uidelicet, migrationem animæ de corpore, & secunda quæ æterna mors dicitur, uenit. Iam quid doctrinæ ministret nobis hic locus uideamus. Primum itaq; hinc discimus homines extra gratiam constitutos nihil quàm peccare posse in omnibus

EPIS

obus actionib
binere imper
on credentibu
canoniam, cui
et Satane. Pra
arari à tyranna
salubritate in qu
peccatorum du
& princeps aeri
ob & alius caus
si omnes peccat
leo habeamus r
posant.

Inter que
sumus, aliqu
carnis nostra
carnis & cogi
tura filij ira, si

Communicati
si exemplum int
Nam cum Aposto
ui fuisse addicto
esse uoluntates e
si ire consimili
perunt, quàm I
non affirmat eos

EPIST: AD EPHESIOS.

in actionibus suis. Deinde Satanam plenum
obtinere imperium in filiis diffidentiae, id est, in
non credentibus Euangelio. Tum uitam esse tes-
timonium, cuius spiritus agatur homo, Dei ne
an Satanae. Praeterea, credentes in Christum li-
berari à tyrannide Diaboli, ut non possit eos pro
sua libidine in quæuis flagita impellere. Cau-
sa peccatorum duæ hic notantur, seculum mundi
& princeps aëris, sed de his paulo post dicam,
ubi & alias causas ex Pauli uerbis adiungam,
ut omnes peccatorum causas in incredulis uno
loco habeamus notatas, quò diligentius caueri
possint.

Inter quos & nos omnes cōuersati
sumus, aliquando in concupiscentiis
carnis nostræ, facientes uoluntatem
carnis & cogitationum, & eramus na-
tura filij iræ, sicut & cæteri.

Communicatio est, quæ eò pertinet, ut Ephe-
sij exemplum intuentes Iudæorum bene sperent.
Nam cum Apostolus pronunciat Iudæos, non mi-
nus fuisse addictos concupiscentiis carnis, & fe-
cisse uoluntates cogitationum prauarum, unde
filij iræ consimili naturæ uitiositate qua reliqui
fuerunt, quàm Ephesios aut alios gentes, & ta-
men affirmat eos in gratiam receptos esse, spem

COMMENT: IN

bonam Ephesijs facit, ut & ipsi bonitate Dei in gratiam recipiantur & saluentur.

Hinc discamus usum exemplorum, quæ nobis scriptura commendat. Hæc enim, ut breuiter dicam, præter doctrinam, nobis iudicium Dei & misericordiam proponunt, ut nos de utroq; exemplis propositis erudiamur.

Concupiscentia carnis, est, quæ oritur ex uiciositate carnis, hoc est, peccati originis. Nam hic carnis nomen totum hominem non renatum significat. Huic carni inest concupiscentia, quæ homo impellitur ad ea facienda, quæ carni & prauis cogitationibus libent. Videtur autem Apostolus hic duas partes uitiosæ & corrupte nature facere, nempe, carnem & δὲ νόον. Illa significatur ea animi pars, quàm Philosophi ἄλογον nominant. Hac quam illi τὸ λογικόν uocant. Ex quo fit, quòd homo totus ante regenerationis gratiam sit natura, hoc est, non consuetudine & imitatione, sed nascendi necessitate post lapsum primorum parentum, filius iræ, hoc est, irati Dei iudicio reus & aeternæ mortis. Accipitur enim passiuè filius iræ, non actiuè. Non enim filius iræ hic dicitur qui irascitur, sed qui iram patitur & pœnæ destinatur. Suprà autem filius contumaciæ actiuè capitur, significat enim contumacem & reluctantem uerbo & uoluntati Dei. Quare notandum, est, quòd uocabulum filius cum

E P.

genitiuis
fiue, hoc est,
genituo exp
hominem deuot
qua geniti
hoc primum ob
creatio sine Ch
in quoduis flagi
coram tribunali
marie. Hæc cogit
nat nos, quàm si
quam eius, qui e
berat, & in su
Deinde ex hæc
ram in mundo
seruantes ordin
autem hæc sex cau
brum, à Paulo sy
PRIMA est
is uocabulum
nim proprie, int
proprie accipit
in præcipue ani
Cor. 17. Non or
hominum, alia pe
um. Figuratè au
hominem totum
poritur omnia

EPIST: AD EPHES:

cum genitiuis appellatiuorum nunc significet actiue, hoc est, hominem addictum ei rei, quæ casu genitiuo exprimitur. Nunc passiuè, hoc est, hominem deuotum atq; obnoxium, quasi ad eam rem quæ genitiuo casu exprimitur effectum. Hoc loco primum obseruemus, quàm sit misera nostra conditio sine Christo. Nam pro libidine carnis in quoduis flagitium ferimur, & rei peragimur coram tribunali Dei, ut digni ira & aeterna morte. Hæc cogitatio nostræ conditionis admo- neat nos, quàm sit suauis Dominus & dulce elo- quium eius, qui ex gratia sua nos ex istis malis li- berat, & in suum gloriosum regnum transfert. Deinde ex hac & superiori pericopa peccato- rum in mundo grassantium causas colligamus, seruantes ordinem consecutionis earum. Sunt autem hæc sex cause grassantium in mundo sce- lerum, à Paulo signatæ.

PRIMA est caro ipsa. Sumitur autem car- nis uocabulum uariè in scripturis. Interdum enim propriè, interdum figuratè capitur. Cum propriè accipitur significat substantiam carne- am præcipuè animalium, ut cum Paulus dicit, I. Cor. 15. Non omnis caro eadem caro, sed alia hominum, alia pecorum, alia uolucrum, alia pisci- um. Figuratè autem, nunc per Synecdochen, & hominem totum significat, ut in illo Pauli, ut non gloriatur omnis caro, id est, homo & animal

G 3 quoduis

C O M M E N T: I N

quoduis, ut in illo Gen. 6. finis uniuersæ carnis uenit coram me: Nunc per Metaphoram, ut enim caro propriè significat rem sensu perceptibilem & oculis subiectam: Ita Metaphoricè significat externam rerum speciem seu apparentiam, ut in illo: Vos iudicatis secundum carnem: Nunc per Metalepsin. Nam quia caro est mollis, interdum pro molli ponitur & opponitur duriciæ, ut in illo: Auferam cor lapidis de carne eorum, & dabo illis cor carnis, id est, molle nõ repugnans Deo, sed credens uerbo Dei: Nunc per Metonymiam pro adiuncto hominis ponitur, idq; uariè, interdum pro iudicio rationis accipitur, ut in illo: Caro & sanguis tibi non reuelauit, hoc est, iudicio rationis non intelligis me filium Dei esse, & uerum Mesiam. Interdum pro corruptæ nature uitio, id est, pro peccato originis, ut *φάσιμ* apud Paulum: *φρόνημα* carnis mors est. Item: si secundum carnem uixeritis, moriemini. Et in illo Domini dicto: Quod natum est ex carne, caro est. Atq; hac demum significatione accipitur carnis uocabulum, quando eam primum causam grassantium inter homines peccatorum facimus. Huic opponitur spiritus reatorum, hoc est, motus quem excitat spiritus sanctus in cordibus credentium, qui est prima causa piarum actionum in hominibus.

SECVN-

ETI

SECVNI

est concupis
peccatum or
est fructus,
ortales in se e
dorso concup
conuersu
parum adro

TERTIA

est, cogitati
uidelicet,
sentia ratioci
illis ad quas
ponitur d'arora

QUARTA

est, uoluntas
loquitur. Est
ratiocinationi
impetu
atque nauica
propellitur.
proboq; det
carnis & cogitati
que imper
quarta causa est

QUINTA

EPIST. ADEPHES:

SECUNDA causa peccatorum grassantiam est concupiscentia carnis, qua uidelicet caro seu peccatum originis efficax est ad producendos pessimos fructus, huius concupiscentiae uim omnes mortales in se experiuntur. Huic opponitur ex aduerso concupiscentia spiritus, qui in pijs tantum & conuersis locum habet, & est secunda causa piarum actionum in sanctis.

TERTIA causa peccatorum & delictorum est, cogitatio, seu ut Paulus loquitur δία-voια, uidelicet, cum cogitatio excitata à concupiscentia ratiocinari & disputare incipit, de rebus illis ad quas concupiscentia mouet. Huic opponitur δία-voια spiritus.

QUARTA causa, scelerum & flagitiorum est, uoluntas carnis et cogitationum, ut Paulus loquitur. Etsi autem uoluntas interdum carnis ratiocinationi reclamationem, tamen in non renatis sepius impetu quodam carnis abripitur, non secus atque nauicula ab aduersis undis renitente nauta propellitur. Huc illud Medæ: laudo meliora proboq; , deteriora sequor. Huic uoluntati carnis & cogitationum opponitur uoluntas spiritus, quæ imperat contraria carni, atque hæc quarta causa est piarum actionum in conuersis.

QUINTA causa peccatorum est, ut Paulus
G A loquitur

COMMENT: IN

loquitur, αὐτῶν τοῦ κόσμου τούτου, *seculum mundi huius, id est, mundi peruersi mores, infinita scandala & omnium scelerum innumerabilia exempla. Hæc mala mundi consuetudo, iniquitatis quoddam pabulum est, quo multi etiam inter eos qui decreuerunt Deum timere, ueluti saginati ferociunt & contra Deum feruntur. Hinc pessimi parentum mores, pessima natorum educatio. Nam dum homines multitudinem peccantium inueniunt, excusant se exemplo, sicuti illi fecerunt, qui contempto sancto Noë tandem in diluuiio iustas suæ inobedientie pœnas luerunt. Huic peruerso mundo opponantur cum castissimorum spirituum in cælo, tum sanctorum exempla qui nihil duxerunt in uita iucundius, nihil antiquius, & nihil melius, quàm ex fide Deo obedientiam præstare.*

SEXTA causa grassantium in mundo scelerum, est Princeps aëris, hoc est, Diabolus. Hic enim ut habet historia de Iuda, intrat in corda hominum, atque eos ad uaria flagitia impellit ne saluentur. Huic opponatur ex aduerso princeps Ecclesiæ IESVS CHRISTVS, qui petentibus dat spiritum sanctum suum. Atq; hic primus autor & causa causarum omnium piarum actionum in conuersis, existit.

Hactenus quæ sint peccatorum & scelerum grassantium causæ exposuimus contra quas unum

E
Catholicos
CHRISTVA
mundum fides
narum actionu
Christus uictor
nar in nouos h
num quo ref
peccati corpus in

Deus aut
cordia, prop
iam qua n
mus mortu
uiuificauit
mul federe
sto Iesu, ut d
peruenientit
gratiae suæ, i
Christo Iesu

Amplificatio
tentia, qua expe
& gentium su
de utrisq; est le
complectitur, u
equalem esse.
deco ita & ge

EPIST: AD EPHE S:

¶ Catholicon remedium est fides in IESVM CHRISTVM. Hec est uictoria quæ uincit mundum fides uestra, hac continentur causæ bonarum actionum quas enumeravi: hac possidetur Christus uictor regni tenebrarum: hac regeneramur in novos homines: hac obtinemus spiritum nouum quo resistimus carni: hac deniq; totum peccati corpus mortificamus.

Deus autem qui diues est misericordia, propter multam dilectionem suam qua nos dilexit, etiam cum essemus mortui delictis, unã cum Christo uiuificauit (gratia estis saluati) & simul sedere fecit in cœlestibus in Christo Iesu, ut demonstraret in seculis superuenientibus exuberantes diuitias gratiæ suæ, in benignitate erga nos in Christo Iesu.

Amplificatio est ¶ Antithesis superioris sententiæ, qua exponitur status communis Iudæorum & gentilium sub gratia. Antea quidem seorsim de utrisq; est loquutus Apostolus, nunc utrosq; complectitur, ut ostendat utrorumq; conditionem æqualem esse. Summa sententiæ est. Deus ut Iudæos ita & gentiles ex mera gratia gloriæ cœlestis se-

COMMENT: IN

stis fecit participes. Verum ut Apostolus orationem copiosiore redderet, eam suo more ex loco causarum & effectuum amplificauit & exornauit, repetens eadem quæ de hoc mysterio in primo capite exposuit. Primò enim loco principale $\pi\rho\sigma\kappa\upsilon\delta\mu\lambda\omega\upsilon\pi$, seu primitiuam reparationis nostri causam, uidelicet ipsam Dei misericordiam qua nos ipse in Christo dilexit, ponit. Deinde triplicis fructus huius misericordie meminit, nempe, uitæ, resurrectionis & gloriæ cælestis in Christo. Christi enim uita, resurrectio & sessio in cælestibus, certum argumentum, pignus & meritum est nostræ uitæ, resurrectionis & cælestis gloriæ. Nam cum sumus Christi membra eiusdem foelicitatis & gloriæ cum capite erimus participes. Et ut medium, per quod hæc tanta beneficia in nos diriuantur facit Christum Iesum: ita finem horum beneficiorum nobis exhibitorum statuit demonstrationem gratiæ Dei erga homines. Neque hæc temporalis est bonitatis Dei declaratio, sed perpetui fauoris Dei inefabile iudicium. Nam quod semel per Christum factum est, id perpetuò manet bonitatis Dei erga nos argumentum. Quod autem in parenthesi interpositum est (Gratia estis saluati) breuissima quidem oratio est, sed beneficij totius nobis per Christum collati & summam et causam continet: beneficium ipsum est salus, causa est gratia, hoc est

Et

est honor Dei
deriuatur tan
Hic rursus
firma Ecclesiæ
per Christum
quæ doctrina ref
nostræ beneficiu
operibus, siue am
plificationem,)
ne. Verum hæc
copiosius tradit
datis amplifica

Gratia

hoc non ex
non ex ope
Iesus enim
Christo Iesu
parauit Deu

Hic Apostol
disputatum est,
quæ quo sit in con
sequens uno loco ce
quatur loco pon
recordia propt
matéria, recipi

EPIST: ADEPHES:

*est honor Dei qui in Christo fundatur & in nos
deriuatur tanquam à capite in membra.*

*Hic rursus commendatur nobis catholica do-
ctrina Ecclesie Dei, uidelicet quòd soli Deo pro-
pter Christum ascribenda sit nostri redemptio:
qua doctrina refellitur illorum uanitas, qui salutis
nostræ beneficium humanis ascribunt meritis &
operibus, siue antecedentibus siue consequentibus
iustificationem, siue coniunctis cum iustificatio-
ne. Verum hæc doctrina in sequenti pericopa
copiosius traditur, & à causis proprijs, reiectis
alienis amplificatur.*

*Gratia saluati estis per fidem (&
hoc non ex uobis, Dei donum est)
non ex operibus, ne quis glorietur.
Ipsius enim sumus factura, creati in
Christo Iesu ad opera bona, quæ præ-
parauit Deus, ut in ijs ambulemus.*

*Hic Apostolus rem totam, de qua hæctenus
disputatum est, ueluti in unum Aphorismum co-
git, quo sit in conspectu, utq; circumstantiæ, cau-
sæq; uno loco comprehensæ habeantur. Primò
igitur loco ponit gratiam, qua nos ex mera mise-
ricordia propter Christum qui est salutis nostræ
materia, recipit. Huius effectum, salutem, hoc est,
iustifi-*

COMMENT: IN

iustificationem & glorificationem nostri facit
Instrumentum addit recipiens, uidelicet fidem. Fi-
de enim promissionem salutis, quam offert Euan-
gelium accipimus: Verum quia Pseudoapostoli
hostes gratiæ magna ex parte tribuerunt operi-
bus hominum beneficium salutis, eos refutat sum-
to argumento à contraria causa. Salus, inquit,
est donum Dei, ergo non ex operibus. Repugnant
enim hæc duo, habere aliquid gratuito dono, & il-
lud ipsum obtinere operum meritis, hoc in Ro-
manis asseritur hisce uerbis: Si ex gratia, iam non
ex operibus, alioqui gratia non est gratia, Si ex
operibus iam non ex gratia, alioqui opera non
sunt opera. Quotiescunq; igitur salus nostra di-
citur, uel donum Dei esse, uel esse ex gratia, uel
obtineri fide, uel contingere sine operibus, euer-
titur omne meritum in salutis nostræ negotio.

Cur autem salus non sit ex operibus rationem
reddit hisce uerbis: Ne quis gloriatur: Huc il-
lud ad Romanos: Vbi ergo gloriatio? exclusa est,
Per quam legem? operum? non, sed per legem
fidei. Quod enim fide obtinetur omnino gratui-
tum est, & idcirco excludit omnem gloriatio-
nem, contra quod consequimur nostra industria
& operibus materia gloriationis est.

Porrò quia carnales audientes beneficium sa-
lutis esse gratuitam, contingere sine operibus, id
est,

EP

est, sine meri
tant peccata
occurrit, & si
in primo ca
iustificatio ne
erati in Christi
erant Deus,
enim sepe in
causis quidem
no causam non r
ante ad obiect
Paulus dicat sa
posset aliquis e
litem conseque
suetenda. Resp
qui. Nam cre
bona opera. I
habet refutatio
tionem hoc loco
uatio usus part
li est, ut recte u
tulla pertinetat
Hactenus de
hypotheses que
prima: Sola g
luis nostræ.
reddimur parti
nec causæ, ne

IN

EPIST: AD EPHESIOS.

est, sine merito operum hoc arripiunt & inde sumunt peccandi licentiam, Apostolus opportunè illis occurrit, & finem salutis proximum quem subinde in primo capite inculcauit, opponit, qui est, sanctificatio nostri. Iplius enim, sumus factura creati in Christo Iesu ad opera bona quæ præparauit Deus, ut in ijs ambularemus. Particula enim sæpe in anthypophora adhibetur ita, ut causalis quidem sit, sed superioris tamen orationis causam non reddat, uerum potius responsionis tacite ad obiectionem aduersariorum. Nam cum Paulus dicat salutem sine operibus contingere, possit aliquis obijcere. Si sine bonis operibus salutem consequimur, ergo bona opera non sunt facienda. Respondit Apostolus id nequaquam sequi. Nam creati sumus in Christo Iesu ad bona opera. Atq; ita particula, enim, rationem habet refutationis aduersariorum, quorum obiectioni hoc loco occurrit Apostolus. Hæc obseruatio usus particule enim in anthypophoris utilis est, ut rectè intelligatur quorsum causalis particula pertineat.

Haftenus de sententia huius aphorismi, iam hypotheses quæ in eo sunt ordines recensamus. Prima: Sola gratuita bonitas Dei causa est salutis nostræ. Secunda. Sola fide salutis gratiæ reddimur participes. Tertia. Opera humana nec causæ, nec merita, nec pars salutis nostræ sunt.

COMMENT: IN

sunt. Quarta, bona opera coniuncta sunt cum fide, ut necessarium & inseparabile accidens. Quinta. Omnis humana gloriatio in negotio salutis excluditur. Sexta. Regeneratio in Christo causa est bonorum operum. Hæ sex hypotheses in uerbis sunt huius breuis pericopæ, quæ continent præcipua capita Christianæ doctrinæ, & confutant multos tetros errores. Primum enim hic refutantur qui iusticiam & salutem fide & operibus simul stare, tanquàm ex partibus, uolunt. Nam hic Paulus manifeste excludit opera, & ponit fidem non ut partem, seu causam salutis, sed ut instrumentum tantum. Deinde & illi hoc Pauli dicto refelluntur, qui dum fide sola nobiscum fatentur homines iustificari, excludunt opera, non tantum ut causas & merita, sed etiam tanquam necessaria consequentia, ac si bona opera in iustificatis & salutem gratis adeptis necessariò non requirerentur. Contra quos Paulus hic apertè docet, qui requirit opera tanquam necessarium consequens salutis, & ut necessarium & inseparabile regenerationis accidens. Non sunt ergo bona opera causa regnandi (ut inquit Bernardus) sed uia regni. Euertuntur præterea hoc Pauli dicto opera præparantia, ut uocant, ad iustificationem. Nam si opera nostra requirerentur, ut præparamenta, nequaquam Paulus dixisset, absq; operibus. Teneamus igitur constanter hoc Apostoli dictum
quo

EPIST: AD EPHE:

quo & erudimur de uera salute, & munimur aduersus errores Papisticos & Pharisaicos, & monemur officij nostri, qui gratis salutem per Christum adepti sumus.

Quamobrem memores estote quod uos aliquando gentes in carne qui dicebamini præputium ab ea quæ uocatur circumcisio in carne manufacta, eò quòd illo tempore eratis absque Christo, alienati à Republica Israël, & hospites testamentorum promissionis, spem non habentes, & sine Deo in mundo. Nunc autem in Christo Iesu qui quondam eratis procul, facti estis propè in sanguine Christi.

Altera collationis pars, uidelicet status gentiliū ante gratiam & sub gratia, quæ collationis pars non reuera, sed modo tantum à priori differt, qui modus in circumstantijs est situs. Dicit autem duabus circumstantijs à populo Dei gentes discrepasse, Primum signo: Deinde gratia. Signo quidem, quòd ut gentes erant præputiatae in testimonium suæ pollutionis: Ita Iudæi circumcisionem promissionis habebant. Gratia uerò, quòd ut gentes erant sine Christo (qui unica salutis uia

COMMENT. IN

tis uia est) erant extra Rempub: Israëlís (id eis, populi Dei) erant hospites testimoniorum promissionis, (hoc est, erant sine testamentis, quibus Deus se populo suo obstrinxerat.) Erant absq; spe & á Deo (hoc est, plane sine cultu Dei homines in mundo) Ita Iudæi hæc omnia ex gratia habuerunt, habebant enim promissionem Messæ, erant in Rempub: Israëlís. erant testamentorum promissionis hæredes, habebant salutis spem & Deum agnouerunt.

Huc addit antithesin, docens quod gentiles iam per sanguinem Christi sint reconciliati Deo & asciti in Rempub: & familiam Dei per Iesum Christum, Vos, inquit, qui quondam eratis procul, scilicet à gratia, iam estis prope, scilicet, mediante sanguine Christi. Hæc omnia eò pertinent, ut deprimat supercilium Ephesiorum, utq; eos excitet in tanti thesauri admirationem ne ingrati Deo relabantur in pristinam superstitionem, hoc est, ne obliti beneficiorum Christi ab Euangelio deficient, decepti Satanae & mundi præstigijs. Atq; hæc rerum summa est. Nunc particulatim circumstantias textus quæ explicatione & admonitione indigent, uideamus. Primum iubet Ephesios esse memores, idq; ideo, quia facile prioris status obliuiscuntur homines à gradu inferiori ad superiorem euecti. Vult igitur Paulus hac admonitione humiliare. Ephesios, & ad-

monere

IN
sub: Israël (id est
testimoniorum
te testamentis, quib
nixerat.) Erant
ne sine cultu Dei
hec omnia ex gratia
promissionem Me
erant testamentum
bant salutis spem
docens quod gentes
a sint reconciliati
familiam Dei per le
qui quondam erant
lam estis proprie
Christi. Hec omnia
periculum Ephesios
thesauri admiratio
er in pristinum sup
beneficiorum Christi
cepti Satanae & m
in summa est. Nunc
extus que explicam
uideamus. Prin
ores, id est ideo, qui
untur homines a ge
recti. Vult igitur
are. Ephesios, et
m

EPIST: ADEPHES

monere eos cum constantia & perseuerantie,
tum gratiarum actionis, ut Deo debitam pro tan-
tis sibi gratuita bonitate collatis beneficijs grati-
tudinem praestent.

Hinc & nos hodie admoneamur, ut qui à tene-
bris Papisticis ad claram Euangelij lucem mera
bonitate Dei euocati simus, dignè tanta uiuamus
gratia, & ne nostris sceleribus prouocemus iram
Dei, ut iustè à nobis ingratis auferat, quod ex
gratia indignis donauit. Pessima ingratitude est
qua homines hominibus pro beneficijs non red-
dunt gratiam, sed infinitè peior & abominabi-
lior est, qua ingrati sumus Deo, qui filium suum
pro nobis mori uoluit, ut nos uiueremus. Deinde
cum dicit Apostolus gentes in carne appellatas
praeputium à circumcissione manu facta, duo sig-
nificat: Primum quòd gentes probroso nomine
praeputium dicebantur à Iudæis, qui de externa
illa nota in cute plus iusto gloriabantur, huius
gloriationis exemplum habetur Genesis 34. Non
possumus (dicunt filij Iacob) sororem nostram da-
re uiro qui habet praeputium, 1. Regum 17. Da-
uid plenus spiritu Dei in hunc modum de Goliath
loquitur, Et quid iste Philistæus incircumcissus,
qui contumelijs afficit aciem Dei uiuentis. Ter-
tiò Paulus hoc loco duplices Iudæos & duplices
gentes facit. Nam Iudæorum quidam erant car-
ne & spiritu circumcisi, ut Moses, Aaron,

H Iosue,

COMMENT: IN

Iosue, Phinees, Abraham, Isaac, Iacob, Ioseph,
Dauid, Iosias, Daniel, Simeon, Nathanaël &c.
breuiter omnes qui carnis externam circumci-
sionem habebant cum cordis fiducia in Messiam
promissum. Quidam carne tantum erant cir-
cumcisi, uidelicet, qui externam notam habebant
sine spiritu, quales fuerunt pleriq; Iudæorum,
præsertim tempore aduentus Domini, illi filij
promissionis, hi carnis nominantur ab Aposto-
lo. Ad eundem modum duplices gentiles facit
Apostolus. Quidam erant tantum in carne
gentiles, habentes præputium, notum gentilismi,
Sed spiritu circumcisi fuerunt, uidelicet, qui
præputium carnis habuerunt cum uiua fiducia
in gratuitam salutis promissionem. In horum
numero fuerunt, Iob, Melchisedech, Iethro,
Magi & omnes qui in Messiam uerè credebant.
Quidam & carne & spiritu erant gentiles, ui-
delicet, qui carnis nota cordis præputium &
pollutionem declarabant.

Ceterum quod addit, Eratis sine Christo, eratis
abalienati à Repub: Israël, & extranei à te-
stamenti promissionis, per comparisonem intel-
legendum est. Nam gentes dicuntur sine Christo
respectu populi Israëliti & certi temporis.
Fuisse autem sine Christo, significat gentes non
habuisse Christi noticiam, tam clarum atq; Iudæi
habue-

IN

EPIST: AD EPHE:

habuerunt, & ab alienatis à Repub. Israël
& hospites, id est, extraneos à testamenti pro-
missionis fuisse, significat Israelitas habuisse su-
am Rempub. distinctam à gentibus, sicut familia
una ab altera distincta est. Habebant enim Iudaei
sua testamenta, constitutiones, oracula, promissi-
ones, regnum & sacerdotium, de quibus Paulus
ad Rom. 9. De hoc discrimine loquitur etiam
Psalmus 147. Qui annunciat uerbum suum Ia-
cob, iusticias & iudicia Israel, non fecit taliter
omni nationi. & iudicia sua manifestauit illis.

Quae sequuntur: Spem non habentes, &
à Deo in mundo, ex superioribus concludun-
tur. Qui enim est sine Christo, quomodo spem ha-
bere potest? qui Christo caret uerè à Deo est,
Omnis enim qui non manet in doctrina Christi
Deum non habet. Contra solus is Deum habere
dicitur, qui in Christo est per fidem. Huc illud
Iohannis ex secunda Epistola: Omnis qui trans-
greditur & non manet in doctrina Christi, De-
um non habet, qui manet in doctrina Christi, hic
& patrem & filium habet.

Collatio quae sequitur: qui quondam era-
tis procul, prope facti estis in sanguine Chri-
sti, significat Ephesios, qui antea erant extra
Ecclesiam, nunc per gratiam in Ecclesiam in-

H 2 produ-

COMMENT. IN

introducos esse reconciliatos Deo per sanguinem Iesu Christi. Hæc omnia eò pertinent, sicuti supra admonui, ut tantum beneficium gratiæ cœlestis recolentes, in timore Dei ambulemus, memores quòd hic noster status requirat, novos mores, & nouam uitam, uidelicet, ut iustè, honestè & piè uiuamus in hoc mundo expectantes beatam illam spem & aduentum gloriæ magni Dei & saluatoris nostri Iesu Christi, qui dedit semetipsum pro nobis, ut nos redimeret ab omni iniquitate, & mundaret sibi populum peculiarem, sectatorem bonorum operum.

Ipse enim est pax nostra, qui fecit utraq; unum, & interstitium materiæ soluens inimicitiam in carne sua legem mandatorum in decretis abolens, ut duos conderet in seipso in unum nouum hominem, faciens pacem, & reconciliaret ambos in uno corpore per crucem inimicitiam in ipsa interimens,

Dictum est, gentiles qui quondam erant extra familiam Dei, iam in eam ascitos esse per Christi sanguinem: Nunc autem additur expolitio insignis, qua quòd summam dictum erat fusius & lucu=

EPIST: AD EPHE:

luculentius exponitur. Declaratur enim modus
reconciliationis utriusq; populi, uidelicet Iudæ-
orum & gentium. Ac primum fundamentum
reconciliationis statuitur Christus, cum inquit
Apostolus. Ipse est pax nostra, hoc est, autor re-
conciliationis, qua ex gentibus & Iudæis unus
efficitur populus, hoc est, una Ecclesia, quæ Dei
familia peculiaris est. Deinde modus indi-
catur primum similitudine, Deinde perspicuis
uerbis. Similitudo est cum dicit, interstitium
materiæ, hoc est, interpositum septum dirutum
esse. Hæc similitudo in hunc modum explicanda
est. Quemadmodum qui ex familijs duabus inter-
gerino pariete distinctis unam uult facere, is in-
interstitium seu intergerinum parietem diruit,
quo familie à se inuicem destinguebantur, ut
una fiat familia: Sic Deus ex populis, Iudæis &
gentibus, uolens unum populum seu unam Ec-
clesiam, seu unam familiam facere, sustulit mace-
riam, qua Iudæi à gentibus distinguebantur.
Quodnam autem fuerit interstitium seu medius
paries inter Iudæos & gentes, hiscè perspicuis
uerbis explicat: Inimicitiam in carne sua le-
gem mandatorum sitam in decretis abo-
lens. Hic inimicitiam appellat per Metonymiam
causam distinctionis Iudæorum & gentium,
quàm causam definit legem mandatorum in de-
cretis. Cum autem hanc causam legem facit, in-

COMMENT: I N

telligit non legem moralem, quæ perpetua est, sed ceremoniam tantum, quæ futurorum umbra fuit. Atq; hoc est, quod dicit Apostolus, aboleuit inimicitiam, uidelicet legem mandatorum, quæ in decretis, id est, ritibus posita est. In carne, id est, carnis suæ uictima. Huius abolitionis symbolum fuit, uelum templi scissum expirante Domino in ara crucis. Abolitionis huius finem addit cum inquit: Ut duos coneret in unum hominem, Duos homines uocat metonymicos, duas nationes hominum, ueluti diuersas familias. Vnum hominem appellat Ecclesiam Christi, quæ est ueluti una familia imo ueluti unus homo, cuius caput est Christus: hunc hominem nouum appellat, respiciens ad morem mundi, quo noui homines dici solent, qui ex obscuris nati nobilitate donantur. Nam nos ab Adam propagati obscuro patre, dum in Christum credimus, noui homines efficimur, & adoptamur in Filios Dei, ut non amplius obscuro Patri Adam, sed Dei Filij censeamur & dicamur. Finem hunc repetit expressius, cum ait: Ut reconciliaret ambos in uno corpore Deo per crucem, id est, per uictimam peractam in cruce. Crucis enim uoce exprimitur modus peractæ uictimæ, qua facta est reconciliatio duplex. Vna hominum cum Deo. Altera hominum hoc est, Iudæorum & gentium inter se.

Haftenus

Haften
hypotheses

PRIM

quantum ad
non est. Qu
Et nemo de
plus nationu
Non est Deu
populo accep
natur iusticia
fertur sing

SECV

quod ad riti
illam recipi
sum, & cr

TERT

hominis cum
solimur hon
venera infer

QVAR

pax cum Dec

QVINT

cum Deo: ita
tiamus paci n
qui: sine sp
per fidem co

EPIST: AD EPHES:

Hactenus de sententia uerborum Pauli. Iam hypotheses quas hic locus suppeditat, uideamus.

PRIMA, Nullum inter Iudæos & gentes quantum ad gratie communionem attinet, discrimen est. Quare nemo superbiat quia Iudæus est. Et nemo desperet quia gentilis. Nulla enim amplius nationum prærogatiua apud Deum non est. Non est Deus acceptor personarum, sed in omni populo acceptus est illi qui temet ipsum, & operatur iusticiam, Gratia communis omnibus est & offertur singulis.

SECUNDA. Lex Mosaica abrogata est, quod ad ritus externos attinet, ut nemo cogatur illam recipere, imò qui illam recipit negat Christum, & crucis Christi uirtutem contemnit.

TERTIA. Mors Christi est reconciliatio hominis cum Deo, in qua reconciliatione noui nascimur homines, atq; adeo corpori Christi, ut membra inserimur.

QUARTA. Sine cruce Christi nulla nobis pax cum Deo constare potest.

QUINTA. Ut in Christo pacem habemus cum Deo: ita in eodem par est, ut & nos conueniamus paci mutue studentes, quod sane fieri nequit: sine spiritu Christi & fide in ipsum. Nam per fidem corpori Christi inserimur, ut omnes qui

COMMENT. IN

*in Christum credimus Christi simus membra
Quare par est, ut nos mutuò foueamus, tanquam
eiusdem corporis membra.*

Et ueniens Euangelizauit pacem
uobis qui eratis procul & ihs qui prope
erant. Quoniam per ipsum habemus
accessum utriq; in uno spiritu ad
patrem.

Materia reconciliationis Iudeorum & gen-
tium explicata, caussam instrumentalem aggredi-
tur, que est Euangelij prædicatio, Deus enim suum
Euangelium non solum organum salutis, uerum
etiam suæ benivolentiæ testimonium esse uult. Ex
quo fit, quòd Euangelium sit nobis certissimus pa-
cis inter nos & Deum nuncius, quam ob cau-
sam Euangelium, 2. Corinth. cap. 5. Sermo re-
conciliationis dicitur. Distributio sequens qua di-
citur Christus, uenisse & prædicasse remotis
& propinquis, id est, Iudeis & Gentibus, sig-
nificat Christum suos Apostolos misisse ad præ-
dicandum promiscuè omnibus Euangelium pacis
iuxta illud. Ite in mundum uniuersum & prædi-
cate Euangelium omni creature. Additur.
Pacis cum Deo, in itæ fructus qui est quòd
utrique, id est, gentes & Iudæi accessum habent
ad patrem per Christum, idq; in uno Spiritu,
id est,

id est, per
clamamus,
urue per
simus cum
lex noster,
ho utiq; an
quid Iohan: 1
ingreditur p
ante ascendi
Ego sum ianu
Obseruen
in loco habet
in ant uoc
Euangeliz
illorum uoc
loquentem.
Nominè Cl
exhortante
concluemini
uolentem qu
conclati pe
bent ad Deu
benus cum
Christum, p
atem, qui
Christum ra
Euangelij.
da.

EPIST: ADEPHES:

id est, per eundem Christi spiritum per quem clamamus, abba pater. Est igitur Christus instar ianuae per quam ad Patrem reconciliatum accedimus cum fiducia. Spiritus autem sanctus est dux noster, per quem coniuncti & uniti in Christo utriusque ad ianuam progressi, ingredimur: Huc illud Iohan: 10. Amen amen dico uobis, qui non ingreditur per ianuam in stabulum ouium, sed aliunde ascendit, ille fur est & latro. Et paulo post. Ego sum ianua ouium.

Obseruentur praeterea hic duo loci. Vnus, quo in loco habendi sint ministri Euangelij, qui cum sonant uocem Euangelij Christus ipse dicitur Euangelizare. Quare non aliter accipienda est illorum uox, quam si Christum ipsum audiremus loquentem. Huc pertinet illud Pauli, 2. Corinth. 5. Nomine Christi legatione fungimur, uelut Deo exhortante per nos oramus Christi nomine, reconciliemini Deo. Alter est de fructu Euangelij, uidelicet quod credentes Euangelio sint Deo reconciliati per Christum, per quem accessum habent ad Deum. Roma. 5. Iustificati fide pacem habemus cum Deo per Dominum nostrum Iesum Christum, per quem accessum habemus. Contra autem, qui Christum non habet, hoc est, qui in Christum non credit adhuc expers est fructus Euangelij. Quare impius & hostis Dei censendus.

H 5 Ergo

COMMENT: IN

Ergo non amplius estis hospites
& aduenæ, sed conciuues Sanctorum
& dōmestici Dei, superædificati in
fundamento Apostolorum & Pro-
phetarum, cuius summus lapis angu-
laris est ipse Iesus Christus.

Totius capituli generalis conclusio est, in qua
repetit potissima membra. Primum enim quales
ante regenerationis gratiam fuerint Ephesij, a-
deoq; reliqui gentiles omnes, indicat. Deinde quid
ex gratia adepti sint, ostendit. Antea quidem
erant hospites & aduenæ, id est, extra familiam
Dei, sicuti supra declaratum est. Nunc uero per
gratiam donati communi ciuitate cum omnibus
sanctis Dei in familiam Dei recepti, propterea
quod sint superædificati super fundamento Pro-
phetarum & Apostolorum, hoc est, quod sint re-
cepti in gratiam fide, qua in Christum tanquam
unicum fundamentum incumbunt. Nemo enim
aliud fundamentum potest ponere, præter id quod
positum est, quod est Iesus Christus.

Dicitur autem Iesus Christus fundamentum,
tūm quia promissio salutis per ipsum facta est,
tūm quia solus Christus Ecclesie salus est, in quem
ipsa recumbit. Sine enim Christo concidit &
corrui adificium Ecclesie, imò ne inchoari po-
test.

test. Apo
damentum
to nri sal
to magis do
fau in hoc
Porro
mus lapis
quasi quag
lus populi l
at, nempe ip
ho. Queme
tes coniung
seruat: ita
efficacia st
dei & pac
lem structu
multitudo de
sunt: Ecce
probationis
solium, qui
consilia, sed
ri ne quaqu
tentam Pet
ita enim ait:
larem, electo
pudescet. Et
us, hifce u
edificantes

EPIST: ADEPHES:

test. Apostolorum & Prophetarum dicitur fundamentum non solum quia Apostoli eo fundamento nixi salutem adepti sunt, uerum etiam, idq; multo magis doctrinae respectu. Nam Apostoli Ecclesiam in hoc fundamento aedificarunt.

Porro cum addit Apostolus: cuius summus lapis angularis est ipse Christus: docet qua ui qua; uirtute aedificium Ecclesiae ex duobus populis Iudaeis & gentibus collecta, cohareat, nempe ipso summo angulari lapide Iesu Christo. Quemadmodum enim angularis lapis parietes coniungit & totum aedificium gestat & conseruat: ita Christus Dominus doctrina fidei, & efficacia spiritus gentes & Iudaeos, in unitatem fidei & pacis coniungit, atque adeo hanc spiritualem structuram ipse gestat & conseruat. Hae similitudo desumpta est ex 28. Isaiæ, cuius uerba hæc sunt: Ecce ego ponam in Syon lapidem, lapidem probationis, angulum preciosum, fundamentum solidum, qui credit non festinabit, scilicet ad sua consilia, sed expectet Dei consilium, quod si fecerit nequaquam pudefiet. Hanc Prophetica sententiam Petrus paululum mutatis uerbis recitat. Ita enim ait: Ecce ponam in Syon lapidem angularem, electum, preciosum, qui credit in ipso non pudefiet. Fit & mentio huius lapidis in Psalmo 118. hisce uerbis: Lapidem quem reprobauerunt aedificantes, hic factus est in caput anguli.

Cate-

COMMENT: IN

Ceterum ex uerbis Pauli, has colligamus hypotheses.

PRIMA. Ex gentibus & Iudæis una Christi Ecclesia colligitur, sicut iam aliquoties dictum est.

SECUNDA. Solus Christus fundamentum Ecclesiæ est.

TERTIA. Qui extra Christum est, est etiam extra Ecclesiam.

QUARTA. Apostolica & Prophetica doctrina sola in Ecclesia Dei autoritatem habere debet, & sola nota est ueræ Ecclesiæ,

QUINTA. Solus Christus Ecclesiam & gestat, & continet & conseruat.

SEXTA. Ecclesia non est extra ministerium illud, quod prædicat hunc lapidem angularem, quem Paulus nobis commendat.

Hæ hypotheses, euertunt plurimos Papiſtarum errores, & præsertim eorum qui uolunt homines niti humanis præſidijs & meritis, & qui in locum Propheticæ & Apostolicæ doctrinæ substituunt humanas traditiones. Sit ergo Papatus omnibus pijs anathema, quod fugere, omnes pios oportet, ne & ipsi polluantur & polluti abijciantur rursus à Deo.

In quo totum ædificium congruenter coagmentatum crescit in templum

IN
has colligamus h
Iudæis una Chri
iam aliquoties disti
Christus fundam
tra Christum est
olica & Prophe
dei autoritatem hui
e Ecclesie,
Christus Ecclesiam
seruat.
non est extra m
hunc lapidem ang
mmendat.
it plurimos Papist
nam qui uolunt bon
meritis, & qui in
bolice doctrine sal
s. Sit ergo Papaturo
fugere, omnes p
ur & polluti ab
dificium cong
n crescit in ter
plu

EPIST: AD EPHESIOS.

plum sanctum in Domino, in quo &
uos unà ædificamini in habitaculum
Dei in spiritu.

Amplificat Apostolus conclusionem transla-
tione hypothesis ad thesin et exhortatione. Dixe-
rat Ephesios superstructos in fundamento Apo-
stolorum & Prophetarum, iam hoc in genere om-
nibus fidelibus accommodat. Testatur enim totum
ædificium, hoc est, totam Ecclesiam catholicam,
adeoq; omnia eius membra in hoc uno angulari
lapide extructa crescere in templum sanctum,
hoc est, ut totum ædificium sit unum sanctum
templum, idq; in Domino, ut unico huius templi
fundamento.

Vtitur autem Paulus hoc loco uoce admodum
significante, nempe $\sigma\omega\alpha\rho\mu\omicron\lambda\omicron\gamma\omicron\upsilon\mu\lambda\eta\eta$, qua
uoce significatur quòd ædificium Ecclesie ita
constructum sit, ut apta proportione, iusta har-
monia & debitis iuncturis partes singule inter
se coagmentate ita sint, ut firmiter cohereant
suis iuncturis, ut membra corporis iunguntur.
Fit autem hæc iuncturarum copulatio hoc modo:
Primum omnes fideles Christo capiti fide adhe-
rent, & eo tanquam unico fundamento nituntur.
Deinde inter se quoq; coherescunt, pro mensura
fidei cuiusq; pro donorum uarietate, ut unum
corpus constituent & unum templum Dei san-
ctum

COMMENT: IN

Etiam efficiant, cuius templi singuli fideles lapides
uiui sunt, summa inter se concinnitate compositi,
ita ut nulla in mundo hominum societas maiore
uel beneuolentia uel charitate sit inter se deum=
cta.

Porro cum siue Ecclesiam totam, siue singula
eius membra templum Dei sanctum uocari au=
dimus, hoc ordine cogitemus: Primum quod
Ecclesia sit ædificium Dei. Deinde quod Deus in
templo suo habitet, quod gloriæ ipsius destinatum
est. Tertio quod ut maximum scelus sit hoc tem=
plum ulla impuritate contaminare: ita deceat
pios omnes modis omnibus in hoc incumbere, ut
sanctitati & innocentie uitæ studeant, ne sua cul=
pa committant, ut Architectus ipsos tanquam pu=
tridos lapides & inutiles abijciat. Vtinam hæc
cogitent serio qui uel priuatis flagitijs se con=
taminant, uel Ecclesiæ unionem decertationibus
inutilibus scindunt. Hic ratio obseruetur cur
nunc tota Ecclesia Dei unum templum dicatur,
& cur singuli credentes etiam templa Dei uiua
appellentur. Tota Ecclesia ideo dicitur templum
Dei, cum quia super uno fundamento extructa
est, tum quia unitate fidei & charitate coniuncti
omnes fideles Deum in se habitantem habent,
quem colunt. Singuli Christiani ideo dicuntur
templa Dei, cum quia singuli sunt edificati super
fundamento unico, quod est Iesus Christus Domi=
nus,

...tum q
& singuli
Exhort
pit, & uc
tum Dei p
regulari, &
si & char
um Prophe
es modum
tem instituit
pi Dei. Ita
epram ten
si quem ha

C

SV

Go Paul
gentibus
tatis uobis p
saretis con
et quod ut p
tibus uobis lar
terala:

EPIST: AD EPHE:

*nus, tum quia in singulis habitat Deus ab omnibus
& singulis prædicandus.*

*Exhortatio Apostoli sequitur: In quo, in-
quit, & uos unà ædificamini in habitacu-
lum Dei per Spiritum. In quo, scilicet lapide
angulari, & uos ædificamini, scilicet, fide Chri-
sti & charitate inter uos mutua renunciante
omni Prophanitati & immundicie. Ad hunc eti-
am modum Apostolus 1. Corinth. 6. Exhortatio-
nem instituit sumto argumento à dignitate tem-
pli Dei. Ita enim ait: Ab non scitis quòd corpus
uestrum templum spiritus sit, qui in uobis est san-
cti, quem habetis à Deo?*

**CAPVT TER-
TIUM.**

**SVMMA TERTII
CAPITIS.**

EGo Paulus uinctus Iesu Christi, pro uobis
gentibus legatione fungor, ut mysterium sa-
lutis uobis patefaciam. Quare postulo, ut per-
seucretis constantes in doctrina quam accepistis,
ad quod ut pater Domini nostri Iesu Christi ro-
bur uobis largiatur flecto genua, cui sit gloria in
secula:

ORDO

COMMENT: IN
ORDO ET PARTES CA-
PITIS TERTII.

Huius capituli quatuor sunt partes. Prima, Confirmatio uocationis gentium, de qua differuerat in proximo capite. Sumitur autem hæc confirmatio ab Apostolatu Pauli siue à destinato ad finem, cuius summa hæc est: Ego Paulus à Deo ordinatus sum Apostolus gentium. Reuera igitur Euangelium ad gentes pertinet. Habet hæc pars amplificationes, quibus & Euangelium extollitur & Apostolatus Pauli commendatur. Secunda pars exhortatoria est ad constantiam & perseuerantiam, que totius scriptionis finis est, quemadmodum supra in argumenti explicatione admonui. Tertia, est significatio orationis Pauli pro Ephesijs, ut Deus ipsis robur & absolutam Christi cognitionem largiatur. Quarta, est gratiarum actio. Harum partium prima est didascalica à qua reliquæ fluunt, quibus doctrina accommodatur Ephesijs.

EXEGESIS TERTII CAPITIS
CVM OBSERVATIONE
DOCTRINARVM.

Huius rei gratia ego Paulus sum
captius ille Iesu Christi pro uobis
gentibus.

Prima

Prima
uocatio
orum sensu
satis a
ter gentes
Vinctu
capit. Ni
gites assert
alibi parti
en, ut capti
dum h
ripitur, ut
Et in
ta hic ego
esu Christi
gentes cur
unc Roma
Locis tres hic
tio Euang
la. Secunda
reputare de
quod predic
De argumen
Siquide
gratia De
quod, scil
nem mih

EPIS: AD EPHE:

Prima pars capituli est, uidelicet, confirmatio uocationis gentium. Est autem horum uerborum sensus: quod Euangelium ad gentes pertineat satis arguit meus Apostolatus, quo fungor inter gentes, cuiusq; nomine nunc captiuus teneor. Vincetus siue captiuus Christi, passiuè accipitur. Nam Paulus pro Christi gloria inter gentes asserta captiuus tenebatur. Cum Erasmo addidi particulam sum, ad explendam sententiam, ut captiuus sit prædicatum, quod ideo rectè adiunctum habet articulum, quia κατ' ἰσχυρῶν accipitur, ut in illo Iohannis, οὐκ ὄν ἐκ ἐν τὸ φῶς. Et in illo, ἐγὼ εἰμι ὁ ποιμὴν ὁ καλός. Ita hic ego sum, ὁ δέσμιος, id est, captiuus ille Iesu Christi, qui passim dicoris esse qui uelim gentes cum Iudæis exæquare, cuius rei gratia nunc Romam abductus sum & captiuus teneor. Loci tres hic se offerunt. Primus, Quod prædicatio Euangelij destinatur ædificationi Ecclesie. Secundus, quod à mundo nihil quàm crucem expectare debeant pij uerbi præcones. Tertius, quod prædicatio Euangelij certissimum fauoris Dei argumentum sit.

Siquidem audistis dispensationem gratiæ Dei, quæ data est mihi ad uos, quod, scilicet, Deus iuxta reuelationem mihi notum fecerit Euangelium

I (sicuti

COMMENT: IN

(sicuti ante scripsi uobis, unde potestis legentes intelligere cognitionem meam in mysterio Christi.)

Ætiologia est superioris rationis à causa efficiente sumpta, quàm Ephesijs haud ignotam esse admonet. Primum, dicit se diuinitus uocatum ad Apostolatam. Deinde modum exprimit uocationis. Tum diuinitus se didicisse Euangelium affirmat, de qua re se antea Ephesijs scripsisse indicat, ut legentes cognoscant suæ doctrine & uocationis certitudinem. Hæc omnia eò pertinent, ut sciamus Paulum uerè esse Apostolum gentium ex ordinatione & mandato Dei, ut de certitudine uocationis ipsius nequaquàm dubitemus. Testimonia de uocatione Pauli legantur: Act. 8. 9. 22. 26. ad Galat. primo, ad Philippenf. 3.

Hic obseruetur. Primum, quàm sit necessaria certitudo uocationis eorum qui in Ecclesia docent. Deinde Euangelium esse mysterium ignotum rationi, contra impurissimum nebulonem, qui gloriatur se naturalibus rationibus inuenisse Euangelij necessitatem & Messie missionem in mundum sine Prophetis & Apostolicis scriptis. Præterea immotam esse & infallibilem certitudinem doctrine Apostolicæ.

Quod

EPIST: AD EPHE:

Quod alijs seculis non fuit cognitum filijs hominum, quemadmodum nunc reuelatum est sanctis Apostolis & Prophetis per Spiritum, gentes esse coheredes & concorpores, & consortes promissionis eius in Christo per Euangelium.

Amplificatio per collationem, in qua ratio redditur cur Euangelium de uocatione gentium appelletur mysterium, uidelicet quod ignotum fuerit mundo, donec caelesti reuelatione patefactum sit, quod non promiscue omnibus gentibus innotuerit, quod minus illustris fuerit huius mysterij cognitio ueteribus Prophetis quam Apostolis. Nam tametsi Prophetae ueteres multum uaticinati sunt de uocatione gentium ad Euangelium: Tamen tempus & modus illis non ita nota erant sicuti Apostolis. Quale autem sit mysterium Euangelij de quo agit, exponit cum ait, gentes esse coheredes & concorpores & consortes promissionis in Christo per Euangelium. Est ergo Euangelij mysterium quod iudei & gentes simul sint coheredes caelestis hereditatis, quod unum corpus in Christo constituent, & quod promissio gratiae quae offertur per Euangelium ad utrosque ex aequo pertineat. Hac exaequatio Iudeorum &

1 2 gentium

COMMENT: IN

gentium evertit prerogatiuam Iudeorum: Nam salus merè est gratuita, quæ etiam gratis offertur indignissimis gentibus & idololatriis, & sola fide accipitur. Nam cum inquit: Promissionis in Christo, & cum exæquat Iudeos & gentes, dignitatem meritorum excludit & fidem promissionis postulat. Hypotheses huius loci sunt.

PRIMA. Quòd Euangelium sit mysterium cuius humana ratio per se nequaquam capax est.

SECUNDA. Quòd mysterium Euangelij per spiritum Sanctum in prædicatione uocali reueletur. Parum enim efficax est externa prædicationis, nisi intus adfuerit doctor spiritus, qui in uerbo & per uerbum uult esse efficax.

TERTIA. Quòd omnes Christi fideles eiusdem hereditatis sint heredes, eiusdem corporis sint membra, et eiusdem salutis sint consortes per unum & eundem Christum.

QUARTA. Quòd ministerij Euangelij sit maxima dignitas & summa necessitas. Per illud enim promissio salutis in Christo omnibus offertur fide sola accipienda.

Cuius factus sum minister, secundum donum gratiæ Dei datum mihi, secundum efficaciam potentiæ eius.

Occurrit

EPIST: ADEPHES:

Occurrit Paulus ijs qui arrogantiam interpretari poterant, quod usq; adeo suum predicet ministerium & translatione utitur. Non enim suo merito aut uirtuti, sed diuinæ gratiæ tribuit, quod sit Apostolus factus, sed efficacæ potentiæ Dei ascribit quod suo Apostolatu Ecclesiam ædificet. Deus enim cum possit facere, ut ea quæ non sunt, sint, cur non à persecutore Apostolum? cur non ex rudi sapientem, ex impotenti fortem faceret?

Hoc Pauli exemplum proponat sibi quisq; qui aliquid sibi uidetur esse in domo Dei, agnoscat cū Paulo donum Dei esse, si quem locum habet dignitorem in Ecclesia, agnoscat uirtute Dei fieri, si quid singulare præstet, abijciat inanem arrogantiam, humiliet se coram Deo, sciat sibi maiora dona esse collata, ut magis ad seruiendum alijs obnoxius sit, non sumat sibi temerè ius censorum in alios, sed potius singulos suo loco & gradu honoret.

Athanasius hoc loco monet in ministris uerbi, tria esse necessaria. Primum, inuictus animus, qui nullo discrimine proposito frangitur, ut hic Paulus è carcere scribit & prædicat Christum intrepidè. Secundum, sapientia & prudentia, sine quibus hoc arduo ministerio rectè perfungi non poterit. Tertium, uita integritas. Nam non minus uita quam uoce præire suum gre-

COMMENT: IN

gem oportet pastorem. Hæc tria ubi relucet in ministris Dei, labor ipsorum copiosissimum fructum adfert. Verum contra ubi metu tyrannorum percelluntur animi ministrorum, ubi doctrinæ fundamenta non sunt fideliter iacta, ubi uita parum respondet uocationis dignitati, miserè cum Ecclesia Dei agitur. Quid enim fiet de ouibus quando pastor uel à lupo deuoratur, uel lupum fugit inermis?

Mihi minimo omnium sanctorum data est gratia, hæc inter gentes Euangelizandi imperuestigabiles diuitias Christi, & omnibus conspicuum faciendi, quæ sit communio mysterij huius, quod absconditum à seculis in Deo, qui omnia condidit per Christum, ut nunc notum fiat principibus & potestatibus in cœlestibus per Ecclesiam multiformis sapientia Dei secundum propositum eternum, quod statuit in Christo Iesu Domino nostro.

Quod breuius dixerat Apostolus, copiosè illustrat, uidelicet, quod diuinitus sit uocatus, ut sit Apostolus gentium. Atq; hæc est summa huius longæ periodi. Verum, ut nos inde maiorem fru-

Etum

EPIST: AD EPHE S:

Etum percipiamus, sigillatim omnes huius amplificationis partes excutiam, ac nostro usui accommodabo. Primò itaq; loco cum ait: Mihi minimo omnium sanctorum data est gratia, &c. non suum officium extenuat, sed suæ personæ conditionem agnoscit, idq; ideo, ut magnitudo gratiæ Dei erga ipsum magis emineat. Quid hinc discemus nos? magnificare officium nostrum cum gratiarum actione ad quod uocati sumus, & nihil nobis ipsis arrogatur tribuere. Si quid igitur rectè fecerimus, id totum gratiæ Dei tribuamus non nobis, qui sine Dei gratia inutilia prorsus organa sumus. Pastor pròinde pius nō patiatur contemni officium suum, etiamsi se ipse parum idoneum ad tantam functionem agnoscat. Deinde etiam alios cooperarios non contemnat tanquàm se inferiores, sed omnes agnoscat œconomos mysteriorum Dei.

Secundo cum addit Apostolus: ut Euangelizem inter gentes imperuestigabiles diuitias Christi, finem sui Apostolatus exprimit. Nam ideo dicit se Apostolum factam, non ut isto titulo gloriatur in ocio, sed ut prædicet imperuestigabiles diuitias Christi, quas (ut ait Ambrosius) gentibus iam desperatis dignatus est, ut sine opere saluarentur per fidem.

Vocat autem diuitias Christi imperuestigabiles, non tantum quia per rationem inuestigari non
I 4 possunt,

COMMENT: IN

possunt, uerum etiam quia plenè in hoc mundo à sanctis percipi non possunt, sed tantum gustus solummodo præbetur, qui ad salutem percipiendam satis sit. Hoc ergo Apostoli dicto non solùm arrogantia illorum taxatur qui putant se exhaustisse quicquid in sacro Dei uerbo proditum est: uerum etiam commendatur nobis singularis diligentia, ut in schola Christi semper proficere contendamus, implorantes, spiritum sanctum doctorem, sine cuius afflatu in hac spiritali sapientia consequenda laboramus frustra. Deinde hic etiam conuincuntur frustra gloriari se esse Pauli successores, qui cum Paulo imperuestigabiles diuitias Christi de remissione gratuita peccatorum non prædicant, sed uel in ocio uiuant, uel doctrinam adferunt pugnantem cum Euangelio Christi.

Tertio cum additur: & omnibus conspicuum faciendi quæ sit communio mysterij huius, interpretatur Apostolus superius membrum. Quòd enim supra uocat imperuestigabiles diuitias Christi, hoc nunc interpretatur communem quandam participationem beneficiorum Christi, quæ offert Euangelium uidelicet, quod gentes & Iudæi eiusdem redemptionis in Christo sint participes. Hinc igitur discamus sublatam esse nationum, personarum, dignitatum differentias quantum quidem ad regnum Christi attinet. Idem enim Christus diues est in omnes, qui se inuocant.

Quarto

E
Quarto
conditum
creauit per
rum obiectio
recens nata
multi tempore
plemur nos au
ne cuiusdam a
Communem et
Apostolis Dei
uit omnia p
in testimoni
tionis addit.
dem de nou
sumus. Que
dum per lesa
eundem resti
nouo creauit.
non solum et
um omnia cr
creatus, ut qu
O Deus) uera
dime, uideli
centur idioma
tamen confu
tur Paulus bñ
lesam Christi
tametsi rect

EPIST: AD EPHES:

Quarto loco cum subiungitur: quod absconditum fuit à seculis in Deo, qui omnia creauit per Iesum Christum, anteuertit eorum obiectionem, qui Euangelium ut doctrinam recens natam aspernabantur, quemadmodum multi tempore Apostolorum fecerunt. Hinc consolemur nos aduersus Euangelij hostes, qui nos noue cuiusdam doctrinae architectos mentiuntur. Communem enim causam habemus cum sanctis Apostolis Dei. Nec frustra additum est: qui creauit omnia per Christum Iesum. Nam illud in testimonium & iudicium nostrae nouae creationis addit. Consentaneum enim est, nos per eundem de nouo creari, per quem primum creati sumus. Quemadmodum igitur olim Deus mundum per Iesum Christum condidit: ita deinde per eundem restituit mundum in integrum, ac de nouo creauit. Ex hoc loco etiam colligitur, non solum aeternitas filij (si enim Deus per filium omnia creauit, ipse profecto filius non est creatus, ut qui sit ante omnem creaturam, quare & Deus) uerum etiam unio duarum naturarum diuinae, uidelicet & humanae talis, ut communentur idiomata propter personae unitatem, non tamen confundantur proprietates. Rectè igitur Paulus hic dicit: Deum condidisse omnia per Iesum Christum, quia hic Iesus est uerus Deus. Et tametsi rectè dicitur: Iesus Mariae Filius condidit

I 5 omnia,

COMMENT. IN

omnia, tamen falsum est dicere, humanam Christi naturam omnia condidisse. Nam humana Christi natura reuera creatura est, & non creatrix. Alternatio enim proprietatum, qua quod uni nature proprium est, alteri propter communionem earum in eadem persona tribuitur, nequaquam admittenda est in nominibus nature, siue ut loquuntur in abstracto, quia neq; diuinitati attribuenda sunt ea, que humanitatis sunt propria, ut esse creatam, passibilem, temporalem, circumscriptam, &c. Neq; humanitati ascribenda sunt ea predicta, que solius sunt diuinitatis, ut esse increatam, impassibilem, aeternam, incircumscriptam: sed nominibus concretis, siue naturalibus, siue personalibus, siue alteram experimentibus naturam, siue utranq; accommodatè fit huiusmodi alternata proprietatum attributio propter identitatem $\nu\ \omega\ \delta\ \sigma\ \alpha\ \epsilon\ \omega\ \epsilon\ \omega\ \zeta$ id est, personæ, & consequentiam quandam, ut ipsi Deo & filio Dei attribuantur ea, que sunt hominis propria. Cum dicitur: Dominus gloriæ crucifixus est, nempe, filius hominis crucifixus est. Idem autem est filius hominis & Dominus gloriæ. Igitur & Dominus gloriæ crucifixus, quod statim per expositionem syllogismumq; expositorium euadit conspicuum. Ita Deus factus est in nouissimis diebus puer paruulus, de quo Esaias cap. 9. ita ait: Puer natus est nobis, & paruulus datus est nobis, & prin-

E

principati
bitur nomi
fortis, pate

Quinto
principati
hoc est, san
tiformis sag
rarum sapien
tem, ut Eph
admiration
traxijs con
comparata
quisita, p
niter, Salus
malediction
hinc est quod
quasi inclina
res, que pr
men non ita
predicatione
Ecclesia colle
in speculo h
& ueluti ob
lum, quod Cl
dignatus sit
omnes atern

EPIST: AD EPHESIOS.

principatus eius super humerum eius, & uocabitur nomen eius admirabilis, consiliarius, Deus fortis, pater futuri seculi, princeps pacis &c.

Quinto loco cum ait: ut nunc innotescat principatibus & potestatibus in coelestibus (hoc est, sanctis Dei angelis) per Ecclesiam multiformis sapientia Dei, supra omnem creaturarum sapientiam, extollit absolutam cognitionem mysteriorum Dei de salute gentium per fidem, ut Ephesios magis detineat in huius mysterij admiratione. Cui enim non esset mirabile ex contrarijs contraria fieri? Nam per mortem uita comparata est, per infirmitatem potentia est acquisita, per ignominiam gloria est parta. Breuiter, Salus & uita damnatis, & mortuis per maledictionem & mortem donata sunt. Atque hinc est quod angeli 1. Pet. 1. dicantur $\pi\rho\sigma\alpha\kappa\upsilon\lambda\alpha\zeta$ quasi inclinando se attentè intueri & prospicere ea, quae praedicabantur per Apostolos. Hoc tamen non ita accipiendum est, ac si angeli per praedicationem Ecclesiae proficiant, sed quod in Ecclesia collecta ex Iudeis & gentibus, tanquam in speculo hanc Dei sapientiam contemplantur, & ueluti obstupescant ad hoc nouum spectaculum, quod Christus Dominus mundum perditum dignatus sit, tandem tanta gloria, ut credentes omnes aeternum cum illo uicturi sint beati.

Sexto

COMMENT: IN

Sexto cum subijcitur: secundum propositum æternum, quod statuit in Christo Iesu Domino nostro, reuocat nos cum ad primam salutis nostræ causam, uidelicet propositum Dei, quo ab æterno decreuerat saluare genus humanum, tum ad materiam huius salutis, nempe, Iesum Christum. Verum de hisce causis copiose supra dictum est in primo capite.

In quo habemus audaciam & accessum in fiducia per fidem eius.

Attexit summam beneficiorum mysterij reuelati, hoc est, Euangelij, & modum apponit, quo ea beneficia ab hominibus accipiuntur. Est autem summa beneficiorum, quod pacem habeamus cum Deo per Dominum nostrum Iesum Christum. Nam qui Deum audacter accedere non ueretur, statuit eum procul dubio sibi reconciliatum esse & propitium, audet ipsum in omni necessitate inuocare. Breuiter, omnia bona & salutaria ab ipso expectat. Modus quo à nobis ista beneficia accipiuntur, exprimitur cum inquit: per fidem eius, id est, in ipsum.

Obseruandus hic locus est contra Papistas qui dicunt, fidem esse noticiam tantum & assensum historiæ. Nam Paulus hic disertè cum fide coniungit fiduciam, quæ est fidei iustificantis forma.

forma. De
Primus est
assenti. S
die in Chri
um, ipsum q
quod inuocat
Christum. Vi
di Deum: ita
um accessus p

Quare
fictionib
gloria ue

Secunda
tatur enim
Euangelio p
Inferter aut
hoc modo: Q
quod Deus no
penda per
Apostolus, nol
de crucem qu
genam atte
sufficiente,
fructu const
id est, ideo qu
inuidi Iudei
Romanorum

IN
undum propo
uit in Christo
nos cum ad p
cet propositum
saluare genus
us salutis, nempe
se causis copio
pate.
audaciam St
r fidem eius,
deficiorum mysteri
& modum appon
accipiuntur. Et
quod pacem habet
nostrum Iesum
laster accedere no
d dubio sibi recon
udet ipsum in omni
er, omnia bona &
Modus quo à nobis
pmitur cum inq
ipsum.
is est contra Pap
iam tantum &
us hic disertè cum
est fidei iustificat
fero

EPIST: AD EPHE S

forma. Deinde gradus fidei tres hic ponuntur. Primus est credere promissionibus Euangelij & assentiri. Secundus, fiducia expetitæ misericordiæ in Christo. Tertius est audacia adeundi Deum, ipsumq; inuocandi. Deinde hic locus docet, quòd inuocatio fieri non possit citrà fiduciam in Christum. Vt enim in fiducia accessus nobis patet ad Deum: ita citrà fiduciam hanc nemini ad Deum accessus patet.

Quare postulo ne deficiatis in afflictionibus meis pro uobis, quæ est gloria uestra,

Secunda pars capituli est exhortatoria. Hortatur enim Apostolus Ephesios ne deficiant ab Euangelio propter persecutiones sui doctoris. Inferter autem hæc propositio ex superioribus hoc modo: Quia tam augustum est mysterium, quod Deus nobis patefecit de salute gratuita consequenda per me diuinitus uocatum, ut sim uester Apostolus, nolite segnescere aut animo concidere ob crucem qua ego premo. Huic propositioni geminam attexit rationem: quarum prior à causa efficiente, posterior à fine persecutionis & à fructu constantiæ sumitur. Pro uobis, inquit, id est, ideo quòd prædicauerim uobis Euangelium inuidi Iudei tradiderunt me uinctum in manus Romanorum. Non ergo ob meum aliquod maleficium,

COMMENT: IN

ficiū, sed propter fideliter præstitum ministræ-
rium mihi diuinitus demandatum uinculis con-
strictus iaceo. Deinde cum ait: quæ est gloria
uestra, significat finem persecutionis suæ non
esse ignominiam Ephesiorum, sed gloriam potius,
cum uideant se tale doctrine genus amplecti, pro
quo extrema pati ipsorum doctor haud ueretur.
Vnde & par est, ut ipsi constantiam tuendi do-
ctrinæ & animum fortem aduersus persecutio-
num procellas concipiant. Hactenus sententiam
uerborum Pauli exposuimus, iam quasdam in no-
strum usum colligamus hypotheses.

PRIMA, pij cognita dignitate & excel-
lentiâ Euangelij cauebunt, ne uel blanditijs, uel
persecutionibus sinant se ab Euangelio auelli.

SECUNDA, cauebunt pij ne iudicio &
consuetudine mundi fallantur. Solet enim mun-
dus facile contemnere quæ à magnæ autoritatis
hominibus sprete iacent. Et quocunq; fortuna se
inclinare uidetur, eodem & gratia hominum ple-
rumq; se inclinat. Omnibus enim grata est præ-
sens felicitas. Hic maximus mundi error & pe-
riculosus pijs fugiendus est. Nequaquam enim
pietas æstimanda est ab externa facie, sed rei po-
tius natura spectanda & iuxta promissionem Dei
infallibilem patienter expectanda est liberatio.

TERTIA, exemplo Pauli discant ministri
Euan-

Euangelij /
habere, ut
Nequaquam
natis uiribus
sine inficiat
QV AR
in perferenda
& ueluti sign
firmatur.
QVINT
eris tenenda
cum Deo ig
pijsimum
firme patita
gloriam Ch
nomine. Co
lum est, cur
hoc mundo qu
are.
(SEXTA
Euangelij non
sunt omnia, gra
negantes se
creare fortius p
uemus egrot
constantem do
tato esse uiden
feram hoc

EPIST: AD EPHES:

Euangelij sollicitudinem sanctam pro suo grege habere, ut conseruetur in sinceritate doctrinae. Nequaquam enim satis est recte docuisse, nisi simul totis uiribus caueas ne doctrinae puritas ulla occasione inficiatur.

QUARTA, constantia ministrorum uerbi in perferenda cruce Euangelium illustrius reddit & ueluti signaculo quodam sanguine sanctorum obfirmatur.

QUINTA, consolatio aduersus scandalum crucis tenenda haec est, quod crux piorum non sit coram Deo ignominiosa, sed gloriosa potius, idq; potissimum cum quis pro confessione, uerae doctrine patitur. Sicut & Petrus 1. Pet. 4. magnam gloriam Christianorum esse docet pati Christi nomine. Consilium enim Dei in hac re spectandum est, cui uisum est similes reddere suo filio in hoc mundo quos olim statuit cum ipso glorificare.

*SEXTA, peculiariter hinc discant ministri Euangelij non solum cum recte ualeant, & in tuto sint omnia, gnauiter officium facere, uerumetiam magnanimes se & inuictos exhibere cum crucis onere fortius premantur. Facile, inquit ille, cum ualemus egrotis consilia recta damus, facile est constanter docere Euangelium, ubi omnia in tuto esse uidentur, ubi nulla pericula apparent. Verum hoc demum heroici pectoris est in
medijs*

COMMENT. IN

medijs periculis, in medijs flammis exemplo Pauli
& aliorum sanctorum eos qui adhuc expertes
crucis sunt, animose contra ingruentia mala con-
fortare.

Huius rei gratia flecto genua mea
ad patrem Domini nostri Iesu Chris-
ti, ex quo omnis paternitas in cœlis
& in terra nominatur, ut det uobis se-
cundum diuitias gloriæ suæ, potentia
roburari per spiritum suum in in-
teriolem hominem, ut habitet Chris-
tus per fidem in cordibus uestris, ut
sitis in charitate radicati & fundati, ut
ualeatis comprehendere cum omni-
bus sanctis quæ sit latitudo & longi-
tudo & profunditas & altitudo, cog-
noscereque supereminentem cognitio-
nis charitatem Christi, ut impleamini
in omnem plenitudinem Dei.

Tertia huius capituli pars est, continens testi-
ficationem orationis Pauli pro Ephesijs, quæ ora-
tio tres circumstantias habet, quarum prima est
de Deo, quem Paulus inuocat, qui est pater Domi-
ni nostri Iesu Christi. Secunda rationem habet
cur nam solus Deus sit inuocandus, nimirum quia
ab

EPIST: AD EPHESIOS.

ab illo solo omnis paterna rerum administratio
& gubernatio est, cum in cœlis tum in terra.
Paternitatis uox hic usurpatur pro paterna re-
rum administratione & gubernatione, iam au-
tem cum is solus sit inuocandus, penes quem om-
nium rerum administratio est, sequitur solum
patrem Domini nostri Iesu Christi inuocandum
esse. Neq; hac ratione excluditur filius & Spiri-
tus sanctus, quia Patris, Filij, & Spiritus sancti
eadem est essentia diuina, potentia, & gloria.
Tertia, enumerationem eorum habet, quæ Paulus
precatur Ephesijs, uidelicet, ut Ephesij in cœle-
stium rerum participatione sint quam opulen-
tissimi, uerum Apostolus primùm enumeratione
utitur, ac postea in fine generatim omnia com-
plectitur.

Ceterum quia multa sunt in hac pericopa
anabysin instituum, quo distinctius omnia consi-
derentur, atq; facilius ad nostrum usum accom-
modentur.

Prima itaq; Paulinæ orationis pars est, Ut
det inquit, uobis secundum diuitias gloriæ
suæ potentia roborari per Spiritum in inte-
riorem hominem. Hic Paulus Spirituale robur
precatur Ephesijs, ac fontem monstrat, unde om-
ne bonum in creaturas manat, uidelicet diuitias
gloriæ ipsius, id est, inexhaustam Dei misericor-
diam. Non ergo precaturo nostra merita nomi-
nabimus

K

nabimus

COMMENT. IN

nabimus, sed inexhausta Dei clementia freti, fide Christi precabimur. Sic David precatur cum inquit: Misere mei secundum magnam misericordiam tuam, & secundum multitudinem miserationum tuarum. Apponit causam efficientem internam, uidelicet Spiritum sanctum qui nos roborat, & quale robur precatur, interpretatur, uidelicet, ut interior homo sit robustus in Domino. Est autem interior homo anima nostra, quatenus Spiritu Dei formata est in obsequium Deo præstandum, cuiusmodi anima ea spectat, quæ interna sunt & non externa, spectat æterna & cœlestia & non temporaria & terrena. Diuersa studia sunt exterioris hominis. Is enim neglectis internis & cœlestibus, in externis, temporarijs ex terrenis occupatur.

Secunda circumstantia his uerbis exponitur: & habitet Christus per fidem in cordibus uestris. Hæc circumstantia unde sit Christianorum robur clarius exponit, definit enim robur nostrum esse Christum ipsum, sed quomodo habitando in nobis. Quæ habitandi ratio? per fidem. Vbi seu in qua parte nostris in cordibus nostris. Non enim sufficit in mente aliqualis Christi cognitio, sed cordis affectum adesse oportet, qui est firma in Christum fiducia, qua fiducia inuicti persistimus aduersus portas inferorum, iuxta illud Iohan. Hæc est uictoria quæ uicit mundum,
fides

EPIST: AD EPHE:

fides uestra. Hic locus imprimis obseruatione dignus est. Docet enim non solum Christum habitare in credentibus per fidem: Verumetiam refutat Papistas, qui definiunt fidem esse quandam noticiam & assensum historie sine fiducia cordis.

Tertia circumstantia: Ut sitis in charitate radicati & fundati, docet quæ sit uis fidei, quantum quidem ad proximum attinet, postquam enim fidei meminit mox eius effectum germanum amorem proximi apposuit: cum ut ueram fidei indolem ostenderet, tum ut doceret, in qua re perfectio Christianorum consistat, sed qualem fides requirit charitatem fundatam & radicatam hoc est, solidam & firmam, quæ non leui de causa mouetur & euanescit. Hinc discamus, quòd quò magis in schola Christi proficimus, eò magis in charitatis operibus crescamus, ac ueluti radicemur. Non enim fieri potest, ut uacuuus sit charitate, qui uerè Christum per fidem possidet.

Quarta circumstantia, ut ualeatis comprehendere cum omnibus sanctis, quæ sit latitudo & longitudo & profunditas & altitudo, scilicet mysterij gratiæ Dei & dilectionis Christi erga nos, ita enim se exponit Apostolus, ut cognoscatis charitatem

COMMENT: IN

Christi immensam erga uos. Quemadmodum enim Patris misericordia excedit omnia opera eius iuxta Davidis sententiam: ita omnem mensuram superat amor filij Dei. Nam si latitudinem eius spectas, nullis limitibus clauditur: si longitudinem consideras, ad omnes fines orbis terrarum se extendit: si profunditatem attendis, humilima & abiectissima in mundo complectitur: si altitudinem respicis, superat caelos. Hic sensus huius loci simplex & uerus est, nugas de lignea cruce Domini & spherica figura relinquamus.

Hic locus uberrimam consolationem suppeditat aduersus omnia obstacula, quae nostram salutem impedire uidentur. Si enim Christus adeo impense nos diligit, fieri nequaquam potest, modo in illo per fidem manserimus usque ad finem, ut ulla creatura nostram salutem interrumpat.

Quinta circumstantia, ut impleamini in omnem plenitudinem Dei, summatim omnia complectitur, quae ad perfectionem & plenitudinem, quam Deus à nobis exposcit, pertinent. Est autem plenitudo Dei, perfectio Christiana, qua plenè, id est, sine fucò & hypocrisi nos Deo subijcimus, huiusmodi sunt omnes qui retinent fidem & bonam conscientiam.

Hinc discimus, quibus in rebus oporteat Christianos potissimum occupatos esse, nimirum ut
ad

EPIST: AD EPHE S:

ad perfectionem magis ac magis tendant. Nemo enim tantum profecit in schola Christi, quin opus habeat incremento. Hic igitur eorum oscitantia taxatur qui uix tenuissimo quodam gustu rerum diuinarum percepto putant se spiritualissimos esse, nihil amplius de profectu cogitantes.

Ei autem qui potest quàm cumus latissimè super omnia facere quæ petimus aut intelligimus, secundum potentiam agentem in nobis, ipsi gloria in Ecclesia in Christo Iesu in omnes generationes seculi seculorum, amen.

Quarta pars huius capituli, uidelicet, *δοξολογία*, in quam ex commemoratione beneficiorum Dei descendit. Pertinet enim totum redemptionis beneficium eò, ut gloria Deo reddatur. Quare reuerentissimè primam Epistolæ partem clausit Apostolus gratiarum actione.

Porrò quia plures sunt huius loci circumstantiæ, eas sigillatim perpendamus. Prima est mentio potentia Dei qua Deus potest omnia quæ uult, qui uult quidè omnia quæ promisit. Hæc potentia Dei primum confirmet spem nostram de promissis diuinis. Deinde opponatur Satanæ, inferno, morti, argumentis carnis quibus sæpe fides infirmorum

COMMENT: IN

concutitur. Tūm excitet nos ad timorem Dei, Potest enim sua potentia Deus contumaces punire. Postremo obijciatur errori eorum qui gloriam diuinam tribuunt sanctis aut idolis.

Secunda est mentio liberalitatis Dei, qui longè maiora confert beneficia quàm uel petimus uel intelligimus ipsi. Id quod non solum nos excitabit ad gratiarum actionem: uerumetiam fidem maiorem ac ardentiozem in nobis accendet.

Tertia, unde proueniat in nobis precandi studium, nempe ex eo quòd potentia Dei sit in nobis efficax, quæ sanè potentia non est carnis aut sanguinis, sed spiritus Dei et fidei.

Quarta, indicatio est loci in quo uera gloria Deo tribui potest, qui est ipsa Ecclesia sanctorum. Est enim Ecclesia theatrum quoddam in mundo in quo Deus suam gloriam conspicuam uult esse, iuxta illud Dauidis: Laus eius in Ecclesia sanctorum.

Quinta, modi expressio per quem Deo prestari gloria debet. In Christo, inquit, IESV. Nemo enim gloriam Deo reddere potest, nisi sit in Christo per fidem. Ideo inquit Ambrosius: per Christum Deo reddenda gratia, quia per ipsum omnia prestat nobis pater.

Sexta duratio gloriæ Deo reddendæ. In omnes generationes, inquit, seculi seculorum, amen. Hæc perpetua duratio gloriæ Dei, de duabus rebus nos admonet. Primum, ut nos qui Christi

E
Christi men
Christo pr
sedam cane
per iudicia
quo mansu
Deo tribu
si in Ec
tum iri. Pre
conserua
manebit
tus.
CAF
SVN
VM uol
Citis, par
cuius uita ref
nucato Ethn
OR
Post doctri
lico para

EPIST: ADEPHES:

Christi membra sumus, perpetuo gloriam Dei in Christo predicemus exemplo Dauidis in hunc modum canentis. Septies in die laudem tibi dixi super iudicia iusticie tue. Deinde ut sciamus perpetuo mansuram Ecclesiam Dei. Nam si perpetuo Deo tribuenda est gloria, & id fieri non potest nisi in Ecclesia, sequitur Ecclesiam non abolitum iri. Proinde & hic in mundo usq; ad iudicium conseruabitur, & deinde post resurrectionem manebit in omni eternitate Deum celebrans.

CAPVT QVARTVM.

SVMMA CAPITIS QVARTI.

CVM uos Ephesij ad tantam gratiam uocati sitis, par est ut tam sancte uocationi innocentia uite respondeatis. Quare uos hortor ut renunciato Ethnicismo sanctimonie uite studeatis.

ORDO CAPITIS QVARTI.

Post doctrinam more Prophetico & Apostolico paraneses subiicit Apostolus, ac primo
K 4 loco

COMMENT: IN

loco generalem propositionem collocat, uidelicet, ut Ephesij uocatione sua dignè ambulent, & ut artifex à causis paulatim progreditur & colligit in quo summa consistit, nimirum in mutua dilectione, cui rationes apponit, at ne quis donorum excellentia abutatur in proximorum contemptum, finem donorum, quibus Christus suam Ecclesiam ornat, exponit. Huic multas hypotheses addit, quæ in generali propositione, ut in thesi continentur, admiscens collationes uirtutum, & uitiorum. Prioris status sub Ethnicismo, quò agnita turpitudine scelerum sanctimonie uitæ studeant, ac uitijs renuncient Ephesij, atque ita ut superior pars Epistolæ didascalica est, & continet doctrinam gratuite salutis. Ita hæc posterior parænetica est, & uitam Christianam informat.

EXEGESIS CAPITIS QUARTI
CUM OBSERVATIONE
DOCTRINARVM.

Hortor itaq; uos ego uinctus in Domino, ut dignè ambuletis uocatione qua uocati estis, cum omni humilitate & mansuetudine, cum tolerantia sufferentes uos inuicem in dilectione, studentes seruare unitatem spiritus in uinculo pacis.

Propo-

EPIST: AD EPHE:

Propositio suasoria est. Hortatur enim Paulus Ephesios ad uitam dignam Euangelio degendam. In hac propositione multa sunt obseruanda.

Primum meminit Apostolus suorum uinculorum, idq; non solum, ut suum erga Ephesios affectum declaret, qui etsi propter Euangelium in carcerem coniectus fuit, tamen non cessauit eos ad salutaria exhortari: uerumetiam ut sibi apud eos auctoritatem conciliet, quorum causa non est ueritus uel extrema adire pericula. Hoc ergo loco admoneantur ministri Euangelij de communi sorte & cruce quam ipsi sustinere ab ingrato mundo coguntur. Et exemplo Pauli sint constantes, ne propter usitatam ingratitude abijciant confessionem, & deserant stationem in qua Deus ipsos collocauit. Nequaquam enim ignominiosum est pro confessione ueræ doctrinæ pati, sed summa potius gloria. Nam æquo animo pericula adire pro Euangelio, ueluti quoddam doctrinæ sigillum est.

Deinde cum ait: Hortor, ut dignè ambuletis uocatione uestra ad quam uocati estis, summam complectitur quid deceat Christianos qui ad gratiæ cælestis participationem uocati sunt. Vocatio autem hoc loco generalis illa omnium Christianorum intelligenda est, qua uidelicet, ex tenebris ad lucem, à peccatis ad iustitiam, à maledictione ad benedictionem, à morte ad uitam,

K 5 à dam=

COMMENT: IN

à damnatione ad iustificationem & salutem, ab inferno ad cœlum, breuiter, à regno Diaboli, omnibus omnis generis miserijs pleno, ad regnum Christi gloriosum uocamur. Hæc mirabili & stupenda conditionis nostræ permutatio meritisimè nos ad gratudinem excitare debet. Nam si in mundo qui præclare aliquo munere fungitur, in locum sublimiorem euectus, putat turpe esse suum honoris gradum aliquo flagitio contaminare: & contra imprimis ornare solet suum locum quisquis uirtute & egregiè factis antecedit, quid dicemus de ijs qui hanc dignitatem adepti sunt, ut non solum sancti Prophetæ, reges aut sacerdotes spirituales habeantur: uerumetiam Filij Dei censeantur? Est proinde hæc necessitas mutæ conditionis prioris status in meliorem diligenter perpendenda, ut nos ad uitam tam augusta uocatione dignam degendam incitet in omni modestia, iusticia, & pietate. Sumus enim ut Paulus alibi ait: non ad fœditatem, sed ad sanctificationem uocati. Huc pertinet illud Pauli ad Titum 2. Apparuit gratia Dei salutaris omnibus hominibus, erudiens nos, ut abnegantes impietatem & mundanas concupiscentias, modeste, & iuste & piè uiuamus in presenti seculo, expectantes beatam illam spem & apparitionem gloriosam magni Dei & saluatoris nostri Iesu Christi, qui dedit seipsum pro nobis, ut redimeret nos ab omni iniqui-

EPIST: ADEPHES:

iniquitate & purgaret sibi populum peculiarem
zelo quodam, sectantem bona opera.

Tertio loco, quia Paulus exhortaturus est ad
unitatem spiritus, id est, ad concordiam, eius rei
fundamenta tacet, dum humilitatem, mansuetudi-
nem, tolerantiam & mutuam per dilectionem
condonationem requirit. De his Christianis uir-
tutibus nonnulla adiiciam, quo earum differentiæ
& proprietates melius conspiciantur.

Humilitas græcè ταπεινοφροσύνη, est uirtus
animi quæ pium hominem ita moderatur, ut nec
de se, nec de suis donis arroganter sentiat, sed po-
tius in timore Dei se omnibus subijciat, omnem
gloriam Deo tribuens. Hæc uirtus pœnitentiæ
uerae proximus fructus est, quæ indes noua in-
crementa sumit modo germana fuerit. Augetur
autem & crescit hæc sancta humilitas quatuor
rebus, uidelicet agnitione propriæ, ut ita dicam
ὁυδενίας & infirmitatis: cogitatione finis dono-
rum quæ Deus nobis contulit: sunt enim nobis a-
lia atque alia dona collocata, ut ea in commune
bonum conferamus, hoc est, ad mutuam edifica-
tionem in corpore Christi. Obligatione ad serui-
endum alijs iuxta prarabolam Euangelicam. Nam
qui plus habet, plus requiretur ab eo. Et conside-
ratione consilij Dei qui sepe facit, ut qui minora
dona habere uidentur, plus operæ collocent in
edifica-

COMMENT: IN

ædificatione Ecclesiæ Dei, quam qui uarietate
donorum antecellunt.

Huic humilitati commodè subijcit Apostolus
mansuetudinem, quæ ueræ humilitatis ueluti pro-
les quædam existit. Est autem mansuetudo quæ
græcè *πραότης* dicitur, tranquillitas quædam a-
nimi, qua ut quis se ab ira temperat, ita se comem
& affabilem alijs exhibet. Huic aduersatur fero-
cia, furor, proteruia, contumacia, morositas &
alia id genus uitia, quæ tranquillum animi statum
perturbant.

Tolerantia græcè *μακροθυμία*, ad uerbum
longanimitas, mansuetudinis comes est. Estq; ani-
mi quædam lenitas, iniuriæ cedens, atq; à suo iure
pacis & tranquillitatis gratia discedens. Ita enim
Paulus hanc uirtutem definire uidetur, cum sub-
iungit: *sufferentes uos inuicem in dilectione, stu-*
dentés seruare unitatem spiritus, hoc est, concor-
diam animorum in uinculo pacis. Nam nos inui-
cem concordia tanquàm uinculo quodam neçtit,
non secus atq; membra corporis communi quo-
dam nexu colligata, eodem reguntur spiritu. Vbi
itaque cor reformatum spiritu Dei est, & uera
humilitate, mansuetudine & tolerantia subactum
fuerit, haud difficulter alios feremus, lapsos emen-
dabimus. Breuiter, nos inuicem uera dilectione
iuxta mandatum Domini prosequemur.

Hic locus Apostoli diligenter obseruandus est.

Monstrat

EPIST: AD EPHESIOS.

Monstrat enim unde inchoanda sit uera animo-
rum concordia in sanctis, nempe ab extirpatione
uitiorum quæ concordie pestes sunt, ut sunt arro-
gantia, furor, proteruia, impatientia, morositas,
&c. Huc pertinet illud Salomonis Prouerb. 13.
Inter superbos semper uurgia. Et Christus dicit:
Discite à me quia mitis sum & humilis corde.
Quibus uerbis Christus præcipit duos affectus
frenari, uidelicet cupiditatem uindictæ & su-
perbiam. Nam ut humilitas cordis opponitur
superbiæ, ita mansuetudo cupiditati uindictæ ad-
uersatur. Hos affectus frenare Christus pronun-
ciat suum iugum esse. Nam qui in Christo inuenit
requiem, & refocillationem à laboribus & onere
legis damnantis, non debet inde licentiam peccan-
di arripere, sed potius Christi gratia erectus, iu-
gum Christi suscipere, ac carnis prauos affectus
constringere. Hoc Christi iugum tum demum no-
bis molestum non erit, sed facile potius & leue,
ubi Christi exemplo ad mansuetudinem & humi-
litatem assuefacti fuerimus, uera fiducia ipsius su-
sistentati. Contrà autem qui Christi iugum ferre
recusant, merito subijciantur Diaboli imperio, &
calcantur sub eius pedibus. Fieri enim aliter non
potest, quàm ut quilibet homo aut Christi aut ad-
uersarij iugum sustineat.

Vnum corpus & unus Spiritus
quem

C O M M E N T : I N

quemadmodum etiam uocati estis in
una spe uocationis uestræ, unus Do-
minus, una fides, unum baptisma,
unus Deus & pater omnium, qui est
super omnia, & per omnia, & in om-
nibus uobis.

Propositionis est confirmatio, in qua conge-
ries argumentorum proponitur, quæ omnia ex
hoc principio dependent: quod unum est, disidijs
disidere à seipso minimè debet. Ex hoc princi-
pio assumitur hoc modo. Ecclesia una est, hinc
conclusio, igitur Ecclesia disidijs à seipsa mini-
mè disidere debet. Assumptio quia $\kappa\rho\nu\acute{o}\mu\lambda\omega\nu$
est, congerie argumentorum confirmatur. Verùm
ut omnia plenius cognosci possint, singula seor-
sim considerabimus, idq; breuissimè. Primum er-
go dicit unum corpus & unus spiritus, hoc est.
Quemadmodum Christi unus & eiusdem corpo-
ris membra sunt: ita par est, ut uno eodemq; spi-
ritu uiuificati sanctam animorum colant concor-
diam. Nam ut omnia membra unius & eiusdem
corporis una & eadem anima uiuificantur &
reguntur: ita oportet Christianos erga se inui-
cem esse affectos, ut uno quasi animo agitari ui-
deantur, cum sint unum in Christo corpus. I. Co-
rinth. 12. Quicumq; igitur ab unitate discedit, eum
à corpore Christi, quod est Ecclesia, discedere ne-
cesse

EPIST: AD EPHES:

cesse est. Ex quo sequitur frustra gloriari de Ecclesia titulo, qui constanter in se sanctam concordiam non tuentur. Ne autem sinamus nos falso unitatis prætextu à uera Ecclesia auelli, obseruanda est ratio unitatis quæ sequitur. Quemadmodum, inquit, uocati estis in una spe uocationis uestree, hoc est, sic uolo uos unum esse quemadmodum uocati estis ad unam eandemq; hereditatem, quam modò spe possidetis iuxta uocationis uerbum. Non uult igitur nos Apostolus à uocationis uerbo, hoc est, à pura Euangelij doctrina discedere, unde fundamentum unitatis petendum est. Qui enim discedit ab Euangelio per quod Deus uocat, ab Ecclesie unitate discedit, à qua cum quis auulsus fuerit, fieri non potest, ut eius spiritu gubernetur, non secus atq; membrum, abscissum à corpore, nequaquam amplius ab anima quæ est in corpore regitur. Hinc congeries sequitur. **Vnus Dominus**, scilicet, uniuersæ Ecclesie, nempe Christus cui merito seruire debent fideles unitate spiritus & concordibus animis. Nam si turpe & probrosum est, seruos mundanos qui unum & eundem Dominum agnoscunt terrenum, à se inuicem disidere, & non potius coniunctis animis imperata facere: quid quaeso turpius & magis probrosum erit, quam Christianos qui habent eundem cœlestem Dominum Iesum Christum à se inuicem discordare? præsertim cum una
fides

COMMENT: IN

fides sit omnium in ipsum, qua, uidelicet, in illum unum communem Dominum, ut redemptorem unicum recumbunt: quæ sane fides cum una sit, hoc est unius & eiusdem promissionis, par est, ut qui hac una fide donati sunt, unitatem inter se colant.

Huc pertinet etiam quod sequitur. Vnum baptisma, scilicet, commune omnibus, quo scilicet corpori Christi inserimur ac ueluti incorporamur. Vnus Deus & pater omnium qui super omnia & per omnia & in omnibus uobis, hoc est, qui cunctis præsidet, & omnia prouidentia & moderatione administrat in omnibus pijs per fidem inhabitans. Etsi autem hæc uerba, super omnia & per omnia, ad uniuersalem rerum gubernationem referri possunt: tamen $\pi\omicron\delta\iota\varsigma\alpha\omicron\tau\iota\varsigma$ loci conuincit, ut ad Ecclesiam accommodentur, præsertim hoc loco, ut super omnia designet unius Dei in totam Ecclesiam imperium summum. Per omnia, notet prouidentiam per omnia Ecclesiæ membra diffusam. In omnibus, significet nostram cum Deo coniunctionem in Christo. Hæc tria non agnoscit quisquis fraternam concordiam uiolat. His unitatis argumentis quicumque non mouetur ad concordie studium, nemicam quidem habere censendus est.

Verum unicuique nostrum data est gratia, iuxta modum doni Christi.

Prolepsis

EPIS: AD EPHE:

Prolepsis est qua hanc obiectionem auertit. Si omnia quæ hic enumerantur communia sunt Christianis, qui ergo sit quòd non pares simus quò ad dona attinet in Ecclesia? cur hic maius ille minus donum habet? Siquidem huiusmodi non æqua partitio, inuidie atq; discordie seminarium est, quemadmodum in Corinthijs & pluribus alijs uidere licet. Respondet Apostolus unicuiq; datam esse gratiam prout usum est Christo, qui sua dona confert, non in priuatos tantum usus singulorum, sed in totius corporis utilitatem & conseruationem, uidelicet, ut alij alios suis donis in corpore Christi edificent. Montrato igitur autore & donatore uariarum gratiarum in Ecclesia, præscidit omnem gloriandi materiam et ansam contemnendi alios, qui minora dona adepti esse uideantur. Si hoc multi rectè perpenderent, minus sua turgerent sapientia, & magis per dilectionem alijs seruirent suis quisq; donis. Discamus proinde hinc cum nostra sorte & donis contentos esse, tum ad edificationem mutuum referre quicquid nobis donorum diuinitus est collatum.

Quapropter dicit cum ascendisset in altum, captiuam duxit captiuitatem & dedit dona hominibus.

Dauidis testimonio confirmat Christum autorem

L rem

COMMENT: IN

rem esse donorum quæ habent singula membra in Ecclesia. Est autem hoc testimonium in primis obseruandum, quia continet prophetiam de triumpho Christi ascendentis in cœlum, quem triumphum Dauid in spiritu uidit mille annis antequam contigit. Sumtum est autem hoc testimonium ex 68. Psalmo, qui est ἐπιὶνίκιος triumphantis Christi, quem Dauid aperte Iehoua, hoc est, uerum Deum fatetur.

Porro uersus ab Apostolo adductus duo continet. Primum uaticinium de ascensione Christi in cœlum. Deinde geminum fructum istius gloriose ascensionis, quorum primus est triumphus super morte, peccato, inferno. Breuiter, super regno Diaboli, quod nomine captiuitatis intelligitur. Hic triumphus quemadmodum cœpit in capite nostro Christo, ita etiam in reliquo corpore, quod est Ecclesia perficietur, quando ad iussum Christi omnes resurrexerimus: Tunc enim omnes pij deuictis omnibus hostibus suis, perpetua in cœlo cū Christo fruuentur uictoria. Huius futuri triumphus nostri cogitatio meritò nos cruce pressos consolari debet. Leuius enim malum fert præsens qui de liberatione gloriosa est certus. Posterior fructus ascensionis Domini est, quem hic Paulus attingit, cum inquit, Et dedit dona hominibus. Christus enim ideo ascendit, ut Ecclesie sue dona

EPIST: AD EPHES

donā distribuāt, quibus edificari & conseruari in
hac uita possit. Nam ut ipso die pentecostes spiri-
tum sanctum misit uisibili forma apparentem, &
simul robur dedit resistendi Diabolo atque eius
membris: ita hodie idem Dominus uarijs donis
suam ornat Ecclesiam, eamq; solus conseruat, nec
eam unquam deserturus est. Hinc itaq; nos sub
cruce constituti petamus consolationem. Nam eti-
amsi diabolus uarijs machinis adoritur Ecclesiam,
& in singula eius membra subinde ex insidijs im-
petum facit, non tamen eam opprimet. Est enim
Christus triumphator, qui ad dexteram Dei se-
dens Ecclesiam suam tuetur, & suo sancto spiritu
singula Ecclesiæ membra confortat.

(Cæterum illud ascendit quid
est, nisi quod etiam descenderat pri-
us in inferiores partes terræ, qui
descendit ipse etiam est qui ascen-
dit supra omnes cœlos, ut impleret
omnia.)

Hec in p̄arenthesi legenda sunt. Ex citato e-
nim Psalmi testimonio duo colligit per digressionis
schema. Vnum de Christi humiliatiōe: Alterū de
eiusdē glorificatione. Ex eo enim quod ascenderit
significat p̄cessisse descensum, hoc est, humilia-
tionem, quod factū est per assumptionē humane na-
ture,

COMMENT: IN

turæ, per passionem & mortem, Hoc argumen-
tum firmum omnino esset, nisi Apostolus intelli-
geret æternum λόγος, humiliasse se, forma serui
assumta, in qua etiam factus est obediens usq; ad
mortem crucis. Deinde ex eo quod ascenderit,
rursus colligit Paulus glorificationem Christi &
potentiam, qua nunc omnia quæ ad integritatem
corporis Ecclesiæ faciunt, complet.

Porro qui ex hoc loco descensum Christi ad
inferos & locum damnatorum, concludunt, pa-
rum firmo nituntur fundamento. Non enim hic
comparationem instituit Apostolus unius partis
terræ ad aliam, sed totam terram cum cælo con-
fert, ac si diceret. Æternus λόγος & dignatus est
è sua cœlesti gloria ad nos miseros homines, qui
hic in terra uersamur, descendere, ut fieret homo
& uictima pro genere humano.

Præterea, quia hic dicitur Dominus ascendisse
super omnes cœlos, sunt qui inde colligunt Chri-
sti corpus esse ἀπὸ ὀυρανῶν, Nam, ut aiunt,
supra cœlos nullus est locus. Hanc subtilitatem
Sophistis relinquamus, & nos constanter retinea-
mus articulos fidei nostræ, in quibus confitemur
Christum uerum hominem fuisse, nec esse desuisse.
Ac proinde uerum corpus finitum & ueram ani-
mam finitam habere, cum quibus uenturus est iu-
dicatum uiuos & mortuos. Non enim ascendit, ut
in diuinam naturam commutaret humanam suam
naturam:

EPIST: AD EPHE:

naturam, sed sicut Apostolus loquitur, ut omnia impleat, idq; sua diuina maiestate & potentia, qua nobis aderit usque ad consumationem seculi, iuxta suam promissionem. Hoc testatur nobiscum catholica Christi Ecclesia. Augustinus ait: Sed quoniam uerum est quod ait: Ecce ego uobiscum sum usq; ad consumationem seculi, & abiit & hic est & redijt & nos non deseruit. Corpus enim suum intulit caelo, maiestatem non abstulit mundo. Plura de hac re uide in historia Christi, quam scripsimus in cap. 1. Iohan.

Porro hic locus Pauli eò pertinet, ut nos exemplo Christi humiliemur, & nobis inuicem per charitatem inseruiamus, expectantes communionem gloriae Christi, qui hic in terris Christi exemplo alios fouemus, & uarijs officijs in corpore Christi edificamus.

Et ipse dedit alios quidem Apostolos, alios autem Prophetas, alios uero Euangelistas, alios Pastores & doctores ad instaurationem sanctorum, in opus ministerij, in aedificationem corporis Christi, usq; dum occurramus omnes in unitatem fidei & cognitionem filij Dei in uirum perfectuum, in mensuram etatis plenitudinis Christi.

COMMENT: IN

Enumeratio donorum quibus Christus potissimum ornat Ecclesiam, & significatio finis cui ista dona destinantur. Dona sunt, Apostoli Prophetæ, Euangelistæ, pastores & doctores. Horum tamen si finis ultimus idem est, uidelicet, edificatio corporis Christi, tamen officiorum ratio est diuersa, quemadmodum descriptionibus ostendemus.

Apostoli fuerunt personæ immediate à Christo electæ, institutæ & ordinatæ ad docendum Euangelium, idq; non in certo loco, sed passim per uniuersum orbem, iuxta hoc Christi mandatum. Ite in mundum uniuersum, proclamate Euangelium omni creature &c. Tales fuerunt duodecim illi, qui etiam peculiariter Apostoli sunt nominati. His postea adiunctus est Paulus, qui potissimum destinatus fuit gentibus, ut inter illas portaret nomen Christi.

Verum quia hic ordo constitutus fuit, ut per orbem terrarum constitueret Ecclesias, necessario constitutis Ecclesijs sublatus est. Quare uox impia est eorum qui se Apostolos agnoscere & saluari uolunt.

Prophetarum duos ordines constituamus, quorum unus in ueteri testamento fuit, alter in nouo. Prophetæ ueteris testamenti fuerunt, qui singulari reuelatione diuina edocti prædixerunt futura, quæ cum euenirent confirmabant auditores de ueritate doctrinæ Propheticæ. Fuerunt itaque

euentus

EPIST: AD EPHE:

eventus Prophetiarū, ueluti sigilla quædam diuine doctrinæ quam Ecclesiæ tradiderunt Prophetæ. Prophetæ in nouo testamento fuerunt singulari sapientia præditi uiri, quorum munus fuit non solum interpretari scripturam, uerum etiam administrare Ecclesias, quas Apostoli constituerant, idq; nunc in uno, nunc in alio loco, ut Apostolis uisum fuit. Fuit itaq; & hic ordo temporarius.

Euangelistæ comites fuerunt Apostolorum. Hos enim Apostoli sibi adiunxerunt, leuandi laboris causa. Etsi autem & hi prædicarunt Euangelium ut Apostoli, tamen inferioris gradus fuerunt quàm Prophetæ. Tales fuerunt Titus, Syluanus, Apollo, Marcus, Lucas & Timotheus quem Paulus hortatur, ut faciat opus Euangelistæ, quod opus ex 2. Timot. 4. apparet fuisse Apostolis operam locando in prædicando passim Euangelium Christi. Non ergo erant immediatè à Christo missi, ut Apostoli. Non administrabant Ecclesias, nunc has, nunc illas ab Apostolis constitutas, ut Prophetæ, sed ut comites tantum fuerunt Apostolorum, quibus utebantur in fungendo suo munere. Et tamen uox Euangelistæ in genere significat quemuis preconem Euangelij, tamen hic pro certa functione sicut exposuimus accipitur. Interdum quoq; Euangelistæ dicuntur illi quatuor, qui historiam Domini pertexuerunt, quorum duo

L 4 Apostoli

COMMENT: IN

Apostoli quoque fuerunt *Matthæus & Iohannes*,
duo comites Apostolorum *Marcus & Lucas*.

Pastores fuerunt quos hodie Parochos appel-
lamus. Hi certis Ecclesijs præficiebantur, ut eas
concionando, administrando Sacramenta, & san-
cta quadam disciplina regerent. Hi non tempo-
rarij sunt, sed usque ad iudicium horum munus
est in Ecclesia necessarium.

Doctores sunt quos Ecclesia olim uocauit
καθηγητὰς, quorum munus fuit formam do-
ctrinae præscribere, & tradere fundamenta do-
ctrinae, quæ postea pastores imitarentur: quales
hodie sunt, qui in scholis iuuentutem religionem
docent, hi hoc spectant, ut uera interpretatio &
iustus docendi modus in Ecclesia retineatur.

Cæterum tametsi tempore Apostoli nondum
receptus fuit promouendi ritus, qualis nunc in
usu est, sciendum tamen est pios Ecclesiarum &
scholarum gubernatores bono & utili consilio
instituisse promotionum gradus, cum ut arro-
gantes non usurparent sibi hunc honoris titu-
lum sine Ecclesiae iudicio, tum ut idonei ex testi-
monio publico agnoscerentur ac in precio habe-
rentur. Neque hoc est contra Hierarchiae Ecclesia-
sticæ dignitatem, quæ nobis à Spiritu sancto com-
mendatur. Nam cum Spiritus sanctus ordinem et
decorum commendat Ecclesiae, ius ipsi relinquit
ordinandi ritus, qui ad ordinem & *εὐλογητικῶς*
facere

EPIST: ADEPHES:

facere uidentur. Quare non est quòd moremur
superborum spirituum uoces, contemnentium
hosce Ecclesiasticos gradus, modo illi quibus ta-
les collati sunt gradus, meminerint eos non con-
temptus aliorum aut arrogantis supereminentie
symbola esse, sed potius publica testimonia officij,
quod Ecclesie debent, & ad quod tanquam pu-
blico sacramento obstringuntur.

Sed obijciunt forte aduersarij, Ecclesia Chri-
sti nesciat Pompam, habeat fidei & sanctimonie
probationem, preces & manuum impositionem?
Respondeo. Minime indignum esse Christianis,
pijs & eruditis uiris testimonia doctrinae & ho-
nestatis conferre: ut sciat Ecclesia, quibus posit-
tutò gubernationem & curam doctrinae com-
mendare. Nec obstat quòd huiusmodi promotio-
nes iam longo tempore in abusu fuerint, modo
sordibus abstersis, res utiles Ecclesijs & scholis
retineamus.

Rursus excipiunt ac dicunt Dominum pro-
hibuisse appellari Rabbi & magistros super ter-
ram, eo quod unus sit magister. Respondeo, idem
Dominus dicit non appellandum esse patrem su-
per terram, qui tamen in lege sua parentes hono-
rari præcipit. Quare non de appellatione, sed de
alia re interdictum intelligendum est. Deinde
ἡδίστασις loci satis conuincit, quis sit huius in-
terdicti sensus. Addit enim, Qui maximus est ue-

COMMENT. IN

strum erit minister uester. Item: Qui se exaltauerit humiliabitur. Non uult ergo Dominus suo interdicto sublatam esse appellationem patris aut magistri siue doctoris, sed arrogantem fiduciam. Non uult ut nobisipsis placeamus, si uideamur aliquibus donis excellere. Non uult ut nos ipsos alijs arroganter anteponamus, sed potius ut qui maximus est omnibus ministrum se exhibeat, non uult ut nouam doctrinam excogitemus, sed ut uanicum nostrum magistrum Iesum Christum in negocijs salutis sequamur.

Quod autem Iacobi Apostoli dictum urgeant, qui dicit: Ne sitis multi magistri fratres mei, scientes quod maius iudicium accipiemus, facile refellitur. Nam Iacobus interdicto suo hanc subiicit rationem: In multis enim labimur omnes. Sensus ergo erit interdicti huius, ne duri morum aliorum censores esse uelimus.

Nunc redeamus ad textus explicationem, ubi finem donorum, quibus Christus ornat suam Ecclesiam, apponit Apostolus, Ad instaurationem inquit, Sanctorum, in opus ministerij, in ædificationem corporis Christi. Ad hunc finem pertinet uniuersa donorum Christi collatio. Instaurationis sanctorum Græcè καταρτισμός est proprie constitutio seu reparatio, qua membra prius dissipata & laxata, in suum locum reponuntur, ut status corporis sit integer & bene
com-

EPIST: AD EPHE:

compositus. Hinc Paulus, qui Ecclesiam corpori comparat, uocabulum ad statum Ecclesie transfert bene ordinatum & compositum. Proinde uarietas donorum, quibus Christus suam Ecclesiam ornat, pertinet ad statum Ecclesie bene ordinandum & componendum. Huic enim rei tanquam proprio fini destinantur ista dona. Subiungitur: **In opus ministerij**, ut sciamus quo Deus uelit uti instrumento ad illam sanctorum instaurationem, nimirum ministerio uerbi. Deinde instaurationem sanctorum interpretatur aedificationem corporis Christi, de quo supra in secundo capite dictum est. Sequitur amplificatio à circumstantia temporis & modo aedificationis corporis Christi sumpta, usq; dum, inquit, occurramus omnes in unitatem fidei, & cognitionis filij Dei, hoc est, donec uniti fuerimus in fide & cognitione Christi. Neq; frustra, inquit, usq; dum occurramus. Nam significat uno die fieri non posse, ut absoluti & perfecti in Christo reddamur, sed indies pergendum esse, ut tandem ad unitatem corporis Christi ueniamus: cuius unitatis causa est fides. Hæc cognitio non tantum est noticia mentis de Christo, sed etiam fiducia cordis. Non enim satis est scire Christum esse Deum, esse hominem, esse unam personam, esse regem, Prophetam & sacerdotem: nisi certa fiducia in eum recumbas.

Obsere

COMMENT: IN

Obseruentur hic unitatis gradus, quorum primus est cognitio Christi: Vnde fides nascitur, hac fide inserimur Christo, & ei ueluti incorporamur. Huic inserti & incorporati tanquam membra eiusdem corporis communi saluti per charitatem studere debemus, qui inter nos spiritu Christi prius coniuncti sumus. Ex his proinde colligitur unitatem Ecclesiae non in traditionibus humanis, non in caeremonijs, sed in uera doctrina & fidei consensu, unde et amor mutuus nascitur, consistere.

Porro cum additur, In uirum perfectum, in mensuram aetatis plenitudinis Christi, eleganti metaphora incrementum sanctorum exprimitur. Quemadmodum enim aetatis sunt gradus diuersi, infantia, pueritia, aetas perfecta seu firmata &c. ita Christianos paulatim crescere oportet in fide & cognitione Christi, non perstandum est infimo gradu: sed tendendum perpetuo ad perfectionem: quam tamen non plenam consequentur priusquam exuti ueterem hominem, in beati uita corporibus & animis nostris cum Christo glorificabimur. Non ergo haec Pauli uerba ad molem corporis, sed ad mentis lumen & cordis affectum referenda sunt: nimirum ut uere Christum cognoscamus, ac uiua fiducia in illum recumbamus, ne simus inconstantes ut pueri, qui per aetatem nondum firmanunt iudicium: sed ut uiri perfecti,
Ai,

EP
hi, qui iudi
ur. Nam q
dicuntur, t
incrementu
us creuit a
tus, & iustan
nos in Cl
noscere oport
mus. Hunc ej
sunt testantur
quam enim hi
qui resurgere
per am collig
tationis sco

Ne a
diemus
uento doc
per uerfuti

Fructum
exprimit. Sol
fides manunt
fides quas ex
desiam Christi
si & fide noi
perinde ut n
duc, & ut ar

EPIST: AD EPHESIOS.

Hi, qui iudicio firmato constanter ueritatem tuentur. Nam quæ hîc de corpore & mensura ætatis dicuntur, transferenda sunt ad spiritum eiusq; incrementum. Quemadmodum enim ipse Dominus creuit corpore, donec perfectus uir est effectus, & iustam mensuram adultæ ætatis est nactus: ita nos in Christi cognitione & fide tantisper crescere oportet, donec ad perfectionem uenerimus. Hunc esse germanum uerborum Pauli sensum testantur etiam ea quæ sequuntur. Nequam enim hîc Paulus disputat de mole corporum, qua resurgemus, quemadmodum quidam hîc perperam colligunt. Nam id nihil ad præsentis disputationis scopum, facit.

Ne amplius simus pueri qui fluctuemus & circumferamur quouis uento doctrine per actum hominum, per uersutiam ad insidias seductionis.

Fructum solidæ agnitionis Christi & fidei exprimit. Solida enim Christi cognitio & firma fides muniunt animos hominum aduersus tempestates quas excitant satellites Satanae contra Ecclesiam Christi. Nam qui solida cognitione Christi & fide non sunt præditi facile uacillant, & perinde ut nauicula sine rectore impellitur huc illuc, & ut arundo pro uenti incōstantia agitur, ita

COMMENT: IN

ita illi quoq; ab impostoribus & hereticis à uera doctrina abducuntur. Commendatur igitur nobis hoc loco uerbum & serium, uerbi studium, ut in eo ita confirmemur, ne ab eo ulla astutia aut uersutia nos abduci patiamur.

Porro bina arma quibus impostores utuntur contra Ecclesiam nominat. Non quòd non sint plura, sed quia hæc sunt præcipua: quorum prius quidem $\kappa\upsilon\beta\epsilon\alpha$ propriè ludum aleæ significat, unde transfert Paulus uocabulum ad Sophisticam seu technas illudendi scripturam, & fraudes quibus imperiti facile capiuntur. Posterius uerò $\pi\alpha\upsilon\upsilon\pi\upsilon\gamma\iota\alpha$, qua significatur uersutia seu subdola quedam uasfricia, qua quis toto nisu incumbit ut alios fraudulenter circumueniat & fallat. Hoc epexegesi exponit cum addit: ad insidias seductionis, id est, quo actu, quaq; astutia adoriuntur homines, ut eos à ueritate seducant. Hæc nos admoneant, cum periculi à falsis doctoribus qui à uera Christi cognitione & fide adeò malignè homines auertere conantur, tum diligentie & studij, ut in uera doctrina confirmati, & nos ipsos munire aduersus insidias seductorum, & os obstruere talibus impostoribus queamus.

Sed ueritatem sectantes in charitate, adulescamus in eum per omnia qui est caput nempe Christus:

Anti-

Antithe
uolam eni
& insidjs
nimit: U
perstere in
rechoche qu
sedatur etia
in charita
in epom Chri
qui est caput
nitione Chri
majs adole
pualtim cr
uenerint:
cognitione
& perpetue
na eo perine
unitatem n
in spiritum reg
Porro Chri
ca perfection
Ecclesiam suo
perfectione, q
hominibus sap
edientia crue
majs satissecu
crediderint C
quia est E

EPIST: ADEPHES:

Antithesis est superioris membri. Quemadmodum enim ibi cauendum esse à falsa doctrina, & insidijs quæ fiunt doctrinæ ab impostoribus meminit: Ita hic iubet sectari ueritatem, hoc est, persistere in uera doctrina & fide. (Est enim Synecdoche qua sub uocabulo ueritatis comprehenditur etiam affectus sequens more scripturæ) & in charitate mutua, unde fiet ut adolescamus in ipsum Christum, τὸ πᾶντα, id est, omnimodè, qui est caput nostrum. Quo enim magis in cognitione Christi, in fide & charitate crescimus, eò magis adolescamus in Christo. Ut igitur pueri paulatim crescunt, donec ad adultam ætatem peruenerint: ita oportet Christianos perpetuò in cognitione Christi, in fide & charitate crescere & perpetuò ad perfectionem tendere. Hæc omnia eò perinent, ut nos subijciamus capiti Christo ac unitatem inter nos alamus, ut qui eodem Christi spiritu regimur.

Porro Christus caput Ecclesiæ dicitur efficacia, perfectione, merito & ordine. Efficacia, quia Ecclesiam suo spiritu uiuificat, sustentat et seruat. Perfectione, quia antecellit omnibus angelis & hominibus sapientia & iusticia. Merito, quia obedientia crucis expiauit peccata, & obedientia legis satisfecit iusticia Dei, ut quotquot in ipsum crediderint Christi iusticia habeantur iusti. Ordine, quia est Ecclesiæ monarcha.

Ex

COMMENT. IN

Ex quo totum corpus composi-
tum & compactum, per omnem iun-
cturam subministrationis, secundum
efficaciam in mensura uniuscuiusque
partis incrementum corporis facit in
ædificationem suipsius per charita-
tem.

Rationem reddit cur Christum caput Eccle-
siæ, curq; Ecclesiam corpus Christi appellet. Hic
locus tametsi ualde obscurus apparet prima fron-
te, tamen explicatis uocabulis & similitudine
quam hic non explicat, facillimus erit sensus. Ec-
clesiam corpus uocat non quoduis, sed composi-
tum, seu, ut significantius Paulus loquitur, $\sigma\upsilon\mu\kappa\tau\iota\varsigma\ \zeta\omicron\mu\mu\lambda\omicron\upsilon\sigma$, hoc est, ita compositum, ut aptè
capiti subiiciatur non secus atque ædificium ad
normam, seu amussim architecti super fundamen-
to extructum. Significatur ergo hac uoce relatio
corporis ad caput, hoc est, Ecclesiæ ad Christum.
Deinde dicit Ecclesiam esse corpus compactum
græcè $\sigma\omega\alpha\rho\mu\omicron\lambda\omicron\gamma\ \zeta\omicron\mu\mu\lambda\omicron\upsilon\sigma$, hoc est, ita constru-
ctum, ut aptis proportionibus membra sibi mu-
tuo cohæreant & aptè respondeant. Atq; ita hac
uoce significatur mutua membrorum inter se re-
latio & proportio. Hoc corpus pronunciat com-
pactum esse per iuncturas subministrationis, hoc
est, per iuncturas per quas unum membrum al-
teri

T. IN

corpus compo
per omnem
ationis, secundu
ura uniuscuius
n corporis fac
psius per char

Christum caput
us Christi appella
rus apparet primi
vocalibus & sum
facillimus erit sen
non quoduis, sed
us Paulus loquitur,
ita compositum
secus atque edific
chitecti super fund
atur ergo hac voce
est, Ecclesia ad Chr
esse corpus compo
2009, hoc est, ita
ionibus membra
espondeant. Atq
membrorum inter
corpus pronuncia
subministratio
uas unum membra

EPIST: AD EPHESIOS.

teri communicat vitalem spiritum, qui à capite per omnia membra corporis, beneficio iuncturarum quibus membra coherent, diffunditur, idq; efficaciter pro modo cuiusq; partis, hoc est, membri. Alia enim membra plus alijs de spiritu ex capite descendente percipiunt, unde totum corpus incrementum sumit. iam facilius intellectu erit similitudo. Quemadmodum se habet corpus hominis ad caput: ita se habet Ecclesia Christi ad Christum suum caput. Sed corpus hominis capiti annexum, iustaq; proportionem membrorum per iuncturam compactum, omnem vitam ducit ex capite. Igitur Ecclesia Christi, capiti Christo per fidem annexa, & inter sese varijs charitatis officijs veluti membris coaptata, omnem vigorem ac vitam ducit à suo capite nempe Christo. Aut si maius similitudinem in hunc modum formato. Quemadmodum spiritus per nervos à cerebro descendens sensum omnibus membris pro cuiusq; proportionem communicat, sic Christus nobis qui ipsius membra sumus sua dona suppeditat, idq; non fortuito aut temere, sed pro mensura cuiusque membri, hoc est, ut quodq; membrum capere potest, atq; hunc in modum coadificari sibi univsum corpus & coalescere facit. Hec pericopa Pauli multiplicem doctrinam nobis suppeditat. Primum enim hinc colligitur, extra Ecclesiam esse omnes quotquot Christo se non subiiciunt in ver

M agnitio



9

COMMENT: IN

agnitione Christi & fide, & qui charitate abiecta se mutuo odio prosequuntur. Deinde uera & perspicua Ecclesie descriptio hinc sumi potest nimirum quod sit cœtus credentium Euangelio, qui ipsi Christo capiti sic adherent, atq; ita inuicem sunt coniuncti & coagmentati, pro cuiusq; fidei mensura, pro donorum spiritus sancti uarietate, pro uocationum conditione, ut unum corpus constituent, ut eodem omnes spiritu uiuant & agantur, ut deniq; mutua beneuolentia se foueant & tueantur. Præterea hic locus ostendit quàm sit concinnus Ecclesie Christi ordo. Talis enim est ordo Ecclesie qualis membrorum eiusdem corporis sub uno capite. Adhæc locus præsens docet qualis nam debeat esse $\sigma\upsilon\mu\pi\acute{\alpha}\theta\epsilon\iota\alpha$ & consensus Christianorum inter sese. Vt enim in eodem corpore cum unum membrum patiat, reliqua omnia compatiuntur. Ita Christiani qui sunt corporis eiusdem membra, affecti erga se inuicem esse debent, ut cum aduersis tum prosperis mutuo afficiantur. Huc illud Pauli præceptum: Gaudete cum gaudentibus, & flete cum flentibus. Postremo loco obseruetur quod Apostolus in charitate potissimum collocet ædificationem corporis Christi. Per hanc enim Christi cognitio & fides efficaces sunt, & redduntur illustriores. Vbi enim charitas non est, ibi cognitio quidem Christi exigua, fides uero nulla existit. Nam pro fidei modo crescit & decrescit charitas. Hoc

E
Hoc it
mino, ne
reliques
mentis
denati à u
nam quæ et
ationem co
bolere desier
ficiuæ ad p
punitatem,

Exstructu
articulares
et à qualib
um à gentium
renat, ac prim
quis. Deinde
equationum
uidelicet, menti
ritatem seu cœc
tens est quæ r
uidelicet, e
uidicat bone
pronunciat
ualtas illa est,
rationam

Hoc itaq; dico & testificor in Do-
 mino, ne uos amplius ambuletis sicut
 & reliquę gentes ambulat in uanitate
 mentis suę, excęcati intelligentia,
 alienati a uita Dei, propter ignoran-
 tiam quę est in ipsis, propter obdu-
 rationem cordis eorum, qui posteaq;
 dolere desierunt, seipsos tradiderunt
 lasciuie ad perpetrandam omnem im-
 puritatem, cum auiditate.

Exstructurus Apostolus ex generali sententia
 particulares pareneses. Primum in genere mo-
 net a qualibus moribus sit abstinendum, num-
 rum a gentium, id quod a contrarijs causis con-
 firmat, ac primum de principijs actionum seu
 causis. Deinde de ipsorum effectibus agit. Prin-
 cipia actionum in Prophanis gentibus tria facit,
 uidelicet, mentis uanitatem, intelligentie obscu-
 ritatem seu cęcitatem, & obdurationem cordis.
 Mens est quę τὸ ἠγερμονικὸν dicitur a Philoso-
 phis, uidelicet, cum homo lumine rationis cernit
 & iudicat honesta & inhonesta, sed hanc uanam
 esse pronunciat Apostolus. Intelligentia διανοια,
 facultas illa est, per quam meditamur, recordamur
 ac ratiocinamur & colligimus aliquid ex ijs quę

COMMENT: IN

mens sine ratiocinatione quietè cernit, sed huic
 cœcitatē tribuit, unde fit quòd gentes ut igna-
 re Dei alienatæ sint à uita Dei. Est autem uita
 Dei hoc loco, qua Deus intus in corde uiuit, & à
 qua omnis efficiendi boni alicuius uis dependet
 & uoluntas. Cordis nomine appetitiones intelli-
 git, cui tribuit obdurationem, qua fit, ut homines
 non afficiantur ullo timore Dei, sed potius ruant
 quòd prauis affectibus impellunt. Hæc sunt principia
 & causæ actionum moralium (quantum ad reli-
 gionem attinet) in gentibus quæ nondum sunt
 conuersæ ad Deum. Verum ut hæc paulò clarius
 à nobis percipiantur ea exemplis illustremus.
 Mens hominis cernit Deum esse, eumq; colendum
 iudicat: quod iudicium tametsi uerum est, uani-
 tatis tamen à Paulo arguitur, idq; rectissimè, eò
 quòd in nihilum euanescat, & naturæ prauitate
 suffocetur, priusquam ad actionem deuentum fu-
 erit. Nam cum ex hoc principio intelligentia rati-
 ocinatur, & à uero Deo, & à recta colendi Deū
 ratione aberrat, mens quidem cernit Deum esse
 & esse colendum, sed intelligentia in Babylonijs
 Belum, in Ægyptijs Apim, in alijs alia idola co-
 lenda esse ratiocinantur, idq; nunc per humanas
 uictimas, nunc per alios ab hominibus excogitatos
 ritus. Atque hoc est, quod Paulus. Roman. I. dicit
 gentes transmūtasse ueritatem Dei in mendacium
 ac coluisse creaturam super creatorem. Porro his
 causis

EPI

mens dignos
 morantia D
 por seu in
 peccati m
 rffus ob pec
 sequitur
 equadam, im
 quam lasciu
 prorumpit i
 sculo immu
 auditas, q
 hoc homine
 pitauerit. E
 am cupidita
 Hic prima
 mo citra re
 morum pan
 intelligenti
 mare est, q
 ad Sophistæ
 in non renat
 progressio e
 aso sani reliq
 admittit hon
 post lapsum
 Ceterum o
 qui de action
 guntur corp

T: IN

EPIST: AD EPHESIOS.

causis dignos profecto fructus subijcit, qui sunt ignorantia Dei, alienatio à uita Dei, obduratio, stupor seu indolentia, qua non sentiunt gentes sui peccati magnitudinem & grauitatem, sed prorsus ob peccatum dolere desinunt. Hunc stuporem sequitur ad omnem petulantiam inclinatio quaedam, imo effrenis quaedam peccanti libido, quam lasciuie nomine hic designat. Hæc libido prorumpit in omnis generis flagitia, quæ hic uocabulo immunditiæ notantur: quæ omnia auget auuiditas, quæ omni moderationi aduersatur, donec hominem in barathrum damnationis precipitauerit. Est enim $\pi\lambda\epsilon\omicron\nu\epsilon\acute{\iota}\alpha$ immodica quædam cupiditas habendi acquirendiq;

Hic primum obseruandum est, qualis nam sit homo citra regenerationis gratiam, post lapsum primorum parentum, uidelicet, uanus mente, cæcus intelligentia, & induratus corde: unde facile æstimare est, quale nam sit liberum arbitrium, quod Sophistæ adeo mirantur & prædicant etiam in non renatis. Si ergo, iuxta doctrinam Pauli & progressio & conatus sunt in uitio. Quid quæso sani reliquum erit? Etsi autem Apostolus non adimit homini naturales facultates, tamen eas post lapsum corruptas esse, testatur.

Cæterum obseruandum est Paulum hic non loqui de actionibus naturalibus aut ciuilibus, quæ reguntur corporis motu & gestu. In his enim

M 3 aliqua

COMMENT: IN

aliqua libertas remanet in non renatis, sed tantum de actionibus cultus diuini: quarum tres sunt cause. Prima, Verbum quo mens eruditur, & iudicium formatur. Secunda, spiritus sanctus qui in uerbo est efficax ad illuminandam mentem, & flectendam uoluntatem. Tertia, est uoluntas hominis acquiescens in uerbo & cedens Spiritui sancto, à quo docta & mota est.

Vos autem non ita didicistis Christum, siquidem ipsum audiulistis & in ipso estis edocti, quemadmodum est ueritas in Iesu.

Reddit causam, cur non debeant Ephesij, ut alia prophane gentes Euangelij Christi ignare uiuere, uidelicet, quòd didicerint Christum. Quemadmodum enim paulò antea causas scelerum in gentibus recensuit, uanitatem mentis, cœcitatem intelligentiæ, obdurationem cordis: Ita hoc loco solam Christi noticiam istis omnibus opponit, eamq; causam affirmat esse uitæ piæ & sanctæ transigendæ. Hæc itaq; noticia Christi aliam in nobis gignere debet uiuendi rationem, quàm est gentium, quæ nondum per prædicationem Euangelij ad Deum sunt conuersæ. Hæc enim Christi noticia efficax mentem reformat, intelligentiam illuminat, cor mollius reddit. Breuiter:

Homi-

EPIST: AD EPHE S:

Hominem regenerat Spiritu Dei, ut nunc uitam Dei uiuere incipiat. Atq; hoc est quod dicit Apostolus: quemadmodum est ueritas in Iesu, hoc est, uera uiuendi ratio in illustri exemplo proposita. In Christo enim nullum ueteris hominis uestigium apparebat. Nam & patris ipsissimam imaginem referebat, & Spiritu Dei plenus, patri per omnia obtemperabat. Vocabulum itaq; ueritatis, non ueritatis assensum tantum, sed etiam actionem sequentem assensum synecdoche usitata hebraeis significat.

Obseruandus diligenter hic locus est, qui docet uanam esse de Christo seu Euangelio noticiam, nisi coniunctos habeamus mores Christo & Euangelio dignos. Noticia enim Euangelij non consistit in nuda contemplatione rerum, non in ociosis disputationibus: sed in simplici Christi cognitione, fide & innocentia uitæ, seu ut Paulus alibi loquitur *ἐν γνώσει καὶ ἀδολείᾳ*.

Deponere uos secundum pristinam conuersationem ueterem hominem, qui corrumpitur secundum concupiscentias erroris. Renouari uero spiritu mentis uestræ, & induere nouum hominem, qui secundum Deum

M 4 creatus

COMMENT. IN
creatus est in iustitia & sanctitate ue-
ritatis.

Quid sit uerè didicisse Christum, quæ sit in Christo ueritas, qualisq; uita Christiana esse debeat, breui quidem sed plena enumeratione exponit Apostolus. Enumerationis huius tres partes sunt, uidelicet, deponere ueterem hominem, renouari spiritu, & induere nouum hominem.

PRIMA ergo pars est depositio ueteris hominis. Vetus homo non substantiam, sed qualitatem, nimirum uitium & corruptionem, adeoq; omnem, peccandi consuetudinem secundum pristinam conuersationem significat. Hanc peccandi consuetudinem Paulus uult Christianos deponere, ut plenum sit spiritus imperium, cuius rei causam addit. Qui corrumpitur secundum concupiscentias erroris, hoc est, qui deceptricibus concupiscentijs corrumpitur, dum hominem in corruptionem & exitium trahit. Qui igitur exitium & extremam internecionem euadere cupit. Veterem hunc hominem deponat. Deponi autem tum demum uetus ille homo dicitur, cum eneruatur corpus peccati, ut non amplius seruiamus peccato. Ita enim se interpretatur ad Ro. 6. cum inquit: Hoc scientes quòd uetus noster homo cum illo crucifixus est, ut aboleatur corpus peccati, ut non amplius seruiamus peccato. In hoc

Pauli

Pauli dicto
halem. Eo
mortem Ch
mortificand
Apostoli
atum in mo
in concupi
stra arma
Deo tam
tra uestra ar
cum dicto D
doret serui
die & sequ
Secunda
spiritu men
fundi, ut ua
ne expulsi,
lugat, cupiat,
animalis hom
Dei, talem j
per quam hoc
nti.
Tertia pa
nem, qui sec
& sanctitati
bra. Priu
deditis uitij
rum est qu

EPIST: ADEPHES:

Pauli dicto obseruandum est crucifigendi uocabulum. Eo enim significat efficaciam crucis & mortem Christi in nobis ad crucifigendum & mortificandum ueterem hominem. Huc pertinet illa Apostoli exhortatio. Ne igitur regnet peccatum in mortali uestro corpore ad obediendum illi in concupiscentijs eius: neque sistite membra uestra arma iniusticie peccato, sed sistite uos ipsos Deo tanquam ex mortuis uiuentes, & membra uestra arma iusticie Deo. Hoc etiam congruit cum dicto Domini, si quis uult post me uenire, abneget semetipsum & tollat crucem suam quotidie & sequatur me.

Secunda pars regule proposita, est renouari spiritu mentis, hoc est, mentem noua luce ita perfundi, ut uanitate mentis & cœcitate intelligentie expulsis, quæ spiritus sunt, homo sapiat, intelligat, cupiat, meditetur, ratiocinetur. Nam cum animalis homo non percipit ea quæ sunt spiritus Dei, talem spiritus renouationem fieri oportet, per quam homo se spiritus imperio subijcere potest.

Tertia pars regule, est induere nouum hominem, qui secundum Deum creatus est in iusticia & sanctitate uera. Huius partis tria sunt membra. Primum est induere nouum hominem abolitis uitijs & renouato spiritu mentis. Alterum est qualitas noui illius hominis, uidelicet,

M S quod

COMMENT: IN

quod secundum Deum creatus sit, hoc est, ad imaginem Dei. Tertium, continet res in quibus consistit illa nouitas seu imago Dei, uidelicet, iusticiam & sanctitatem ueram, quorum illa hominibus seruimus iuxta secundam tabulam, hac Deum pure columus. Veritatis uocabulum epitheti uicem obtinet more hebraico, quo significatur requiri à nobis non fucata iusticiam, non sanctitatem externam tantum, sed puram iusticiam & cordis sanctimoniam ad normam mentis diuinae compositam. Diligenter his Pauli locus est obseruandus, non solum quia breuiter & pulcherrima distributione partes Christianae uitae continet: uerum etiam quia claram & perspicuam definitionem imaginis Dei in homine suppeditat, hinc enim intelligitur imago Dei esse conformitas hominis cum Deo in iusticia & sanctitate uera. Hinc est quod uetustas definit Christianismum esse imitationem diuinae naturae.

Quare deposito mendacio loquimini ueritatem unusquisque cum proximo suo, quia sumus uicissim inter nos membra.

Nunc hypotheses colligit, quas extruit ex thesi seu ex generali regula de deponendo ueteri homine & induendo nouo, & membra quaedam utriusque

EPIST: ADEPHES:

usque hominis recitat exempli gratia. Est autem prima hypothesis de ueritate seu simplicitate sectanda, et de mendacio, id est, quouis furo fugienddo. Hanc hypothesein ita colligit: Exuendus est uetus homo & induendus est nouus homo, qui secundum Deum creatus est in iusticia & sanctitate uera, Igitur ueritas ut membrum noui hominis sectanda est. Mendacium autem ut membrum ueteris hominis abscindendum est, ut cum proximis nostris sincerè & simpliciter agamus. Huic hypothesei subijcit aliam rationem à conuexis sumtam. Sumus, inquit, uicissim inter nos membra. Ergo decet, ut ueritate & candore absq; omni furo nos inuicem foueamus. Ad hunc modum sequentes etiam hypotheses extruendæ sunt, quæ omnes usque ad finem capitis per antithesein efferuntur.

Ira scimini & ne peccetis, sol ne occidat super iracundiam uestram, & ne detis locum Diabolo.

Ne irascamur præcipit. Verum quia sæpe contingit pios commoueri indignitate rerum & imbecillitate naturæ fit, ut ab ira non possint prorsus alieni esse. Quare primum modum irascendi præscribit. Deinde dat consilium: Tum rationem consilij subijcit. Modus iræ est ne irascendo

COMMENT: IN

cendo peccemus, quod fit quoties uel nostris uitijs uel aliorum irascimur. Solum enim hoc iracundiæ genus laudabile est, quod uitijs uel proprijs, uel aliorum corrigendis zelo gloriæ Dei adhibetur cum iusto moderamine. Verum quia uix ab ira, quin aliquo uitio nostro conspurcetur, abstinere contingit, dat consilium Apostolus ne sinamus solem occidere super iracundiam, hoc est, ne sinamus diu iracundiæ uitium apud nos residere, sed ut iracundia cum die orta, cum die etiam concidat. Hoc uult etiam Pythagoricum illud Symbolum, Ollæ uestigium cinere turbato. Nam si diuturnior fuerit ira, futurum est, ut Satanæ cor hominis possideat, atque ita hominem paulatim in exitium precipitet. Atque, hoc est, quod Paulus subiicit. Et ne detis locum Diabolo. Diligenter obseruandus est hic locus qui testatur per iracundiam & odium Diabolo in corde hominis locum parari ad inhabitandum. Quare non secus atque laqueum Satanæ indignationem & iracundiam fugiamus.

Qui furabatur non amplius furetur, magis autem laboret, operando quod bonum est manibus, ut habeat unde tribuat necessitatem patienti.

Omni fallendi uiam furti nomine Synecdochicòs intelligit. Vt autem hoc furtum tanquam ueteris

ueteris bon
diligen
ut noui bon
cattione req
ut quisq; ha
delicet, qui
nitum suis
locus contra
nuant & ali

Omni
non pro
dificatio
tiam au
spiritum
estis in d

Ut turpi
bris ueteris
fermonem bo
ut noui bonu
sudet, ut uia
commodus fu
quiduis comm
ificatur.

Porro
subiungit, in

EPIST: ADEPHES:

ueteris hominis membrum abscindendum suadet :
Ita diligentem laborem & summam industriam,
ut noui hominis membrum in cuiusq; honesta uo-
catione requirit. Precepti finem addit, nimirum
ut quisq; habeat quò alios indigentes iuuet, eos ui-
delicet, qui uel morbo, uel senio impediti sibiipsis
uictum suis manibus acquirere non possunt. Hic
locus contra fures obseruandus est, qui ociose
uiuunt & alia deuorant.

Omnis sermo putris ex ore uestro
non procedat, sed si quis bonus ad æ-
dificationem necessitatis, ut det gra-
tiam audientibus, & ne contristetis
spiritum sanctum Dei quo obsignati
estis in diem redemptionis.

Vt turpiloquium unum ex fœdissimis mem-
bris ueteris hominis abscindendum hortatur : Ita
sermonem bonum ad necessariam ædificationem
ut noui hominis membrum, inter nos sectandum
suadet, ut uidelicet, det gratiam, id est, profit &
commodus fit audientibus. Gratiae enim nomine
quiduis commodi & utilitatis genus hoc loco sig-
nificatur.

Porro exhortationi grauissimam rationem
subiangit, inquit. Et ne contristetis spiritum
Dei

COMMENT: IN

Dei, scilicet, spurco sermone uestro. Est autem hic duplex schema obseruandum. Primum, ἀνομιὰ ποπαθεία, quo schemate Deo tribuuntur humani affectus & gestus. Deinde est Metonymia, nam tristare spiritum est illum ita offendere, ut hominem in quo ueluti hospitium habuit, deserat. Quemadmodum enim hospes uiolenter eiectus de hospitio, tristatur, ita spiritus Sanctus dicitur tristari, quando ob flagitia, cor hominis in quo habitauit prius per fidem, deserit. Hæc Pauli exhortatio si apud omnes qui Christi nomen profitentur locum haberet, minus profecto scandalorum esset & plus tranquillitatis in uita, sed consuetudo praua, malicia hominum, insidiæ Diaboli & carnis nequitia, plerosq; proh dolor, in contrarium rapiunt, idq; non sine maximo Ecclesiæ scandalo & multorum certissimo exitio. Quare contra consuetudinem inueteratam, contra maliciam hominum, contra insidias Diaboli, & contra nequitiam carnis fide & precatione pugnare oportet: Quod autem addit: quo spiritu ob signati estis, in diem redemptionis, maximum pondus exhortationi addit. Est enim spiritus sanctus certa nota, qua pij à reprobis discernuntur, usque ad diem redemptionis nostræ qua plene liberabimur omnibus miserijs.

Omnis amarulentia, & indignatio
&

EPIST: AD EPHESIOS.

& ira, & clamor, & blasphemia remoueat^r a uobis cum omni malicia, sitis autem mutuo misericordes, condonantes uobis inter uos, quemadmodum & Deus uobis in Christo condonauit.

Supra iracundiam abscindendam suadet tanquam foedissimum quoddam ueteris hominis membrum. Nunc adiuncta & partes tanquam articulos istius membri tolli praecipit, & iubet ut in eorum locum uirtutes enumeratae utriusque contrariae substituantur.

Ceterum quia uocabula uitiorum quae numerat Apostolus sunt affinia in significatione discernenda sunt. Amarulentia graece πικρία, iracundiae & furoris est radix, haec indignationem graece θυμός, hoc est, furorem quendam animi ad uindictam parit. Indignatio iram quae in actum prodit, generat. Haec clamoris, id est, contentionis uerborum mater est. Clamor profert blasphemiam qua alter alterius famam inuadit & obscurare conatur. Haec omnia uult Apostolus sublata cum omni malicia, quibus ueluti armantur homines ad nocendum proximo.

Porro his membris ueteris hominis ex aduerso opponit Apostolus noui hominis membra, uidelicet,

COMMENT: IN

cet, comitatem, misericordiam & mutuam con-
donationem. Ut autem persuadeat hoc suis Ephe-
sij Paulus, summum omnium exemplorum addu-
cit, nempe Dei Patris, qui nobis in Christo con-
donauit. Huius exemplum imitari decet omnes
quotquot de tanto patre gloriari cupiunt. Turpe
enim est liberos patris sui uirtutes, quoad licet,
non imitari. Huc & Domini præceptum perti-
net, Lucæ 6. Estote misericordes, ut similes sitis
patris uestri qui in cælis est. Ambrosius sic for-
mat argumentum Apostoli: Si Deus per Filium
suum seruorum misertus est, quanto magis serui
ipsi inuicem sibi debent misereri & donare, si al-
ter in alterum peccet.

CAPVT QVIN-
TVM.

SVMMA CAPITIS
QVINTI.

VT pater cælestis imitandus est in omni san-
ctimonio & puritate: ita mutua exemplo
Christi fouenda est charitas: quo omni turpitu-
dine expulsa, piè & honestè uiuere liceat. Præ-
terea subiectos sibi mutuo esse pios oportet, ac ut
mulieres decet suis proprijs maritis esse morige-

746.

EPIST: AD EPHE:

ras. Ita uicissim maritorum est, exemplo Christi diligentis ac fouentis sponsam suam Ecclesiam, suas diligere uxores.

ORDO ET PARTES CAPITIS QUINTI.

PRincipium huius quinti capituli ex ultimo uersu quarti capituli concluditur. Nam ut illic argumentum mutue beneuolentiae & condonationis, ab exemplo patris caelestis sumit: Ita hic in principio capituli quinti exemplum eiusdem patris imitandum in genere proponit, ac illud statuit sequentium hypotheseum tanquam primum quoddam axioma. Huic exemplo annectit exhortationem ad mutuam dilectionem argumento ab exemplo Christi sumto, unde, hoc est, ab exemplo Patris & Christi, rursus in comparatas per antithesin hypotheses fertur, & enumerat non pauca Christianorum officia, interserens argumenta à diuersitate status duplicis, uidelicet, ante Christi lucem agnitam & sub gratia. Deinde rursus generalem exhortationem ingreditur ad mutuam subiectionem, quam mox in plures hypotheses diuidit, ac duas in hoc capite copiosius tractat: quarum prior quidem est de subiectione qua uxores suis maritis subiectae esse debent. Posterior de officio maritorum, ut exemplo Christi diligentis Ecclesiam, suas uxores diligant.

N E X E

COMMENT: IN
EXEGESIS CAPITIS QVIN-
TI CVM OBSERVATIONE
DOCTRINARVM.

Sitis igitur imitatores Dei tan-
quam filij dilecti, & ambulate in dile-
ctione, quemadmodum & Christus
dilexit nos, & tradidit semetipsum
pro nobis oblationem & hostiam
Deo in odorem bonæ fragrantia.

Exemplum Dei in parte ad imitandum pro-
positum in fine quarti capituli, transfero ad
genus, nimirum ut omnibus actionibus & tota
uita, Dei imitatores simus quemadmodum filij di-
lecti. Hæc imitatio sita est in uera sanctitate qua
spiritus integer & anima & corpus sine querela
seruatur, hoc est, componitur ad regulam mentis
diuinæ lege Dei expressam. Huc illud, 1. Thessa. 5.
Ipse Deus pacis sanctificet uos totos, ut integer
spiritus uester, & anima & corpus sine querela
in aduentu Dominini nostri Iesu Christi seruetur.
Hanc imitationem Deus requirit, cum inquit.
Sancti estote quia sanctus sum ego Dominus, &
separauit uos à cæteris populis, ut essetis sancti.
Ad eundem modum & Christus, Matth. 5. nobis
patris exemplum imitandum proponit, cum in-
quit:

EPIST: AD EPHE S:

quit: Estote uos perfecti, sicut pater uester, qui in cœlis est perfectus est. Hic Dominus non requirit æqualem perfectionem, sed similem pro uostro modo dum ad perfectionem tendimus, id quod significatur imitationis uoce.

Hic locus diligenter obseruandus est. Docet enim quod quicumq; in filiorum Dei numero esse uolunt, debeant patris cœlestis exemplum in omni sanctitate & puritate imitari. Hoc qui non faciunt falso sibi filiorum nomen attribuunt, cum sint potius spurij quàm legitimi filij. Huc annexit exemplum filij quo ad mutuam dilectionem nos hortatur, & ut exemplum præsens plus ponderis habeat, breuiter ab effectu declarat quanta Filij Dei dilectio erga nos fuerit, nimirum quod se tradiderit Deo pro nobis oblationem & hostiam, id est, uictimam satisfactoriam pro peccatis nostris in odorem bonæ fragrantie, id est, qua uictima unice delectatus est Deus. Est autem hic duplex figura obseruanda. Primum ἀνθρώπου ἑαυτοῦ. Nam Paulus hîc exemplo Moysis Deum humana persona induit, ut se ad captum nostrum accommodet. Ita enim loquitur Moses, Genes: 8. Odoratus est odorem suauitatis. Deinde est Μεταλήψις usitata Hebræis. Nam ex odore bonæ fragrantie intelligitur uictima Deo grata. Autor Epistolæ ad Hebr: cap. 13. proprio sermone usus, quo Moysis phrasin interpretatur: Talibus, inquit,

N 2 quit,

COMMENT: IN

quit, hostijs $\epsilon\upsilon\alpha\pi\epsilon\sigma\epsilon\tau\alpha\iota$, hoc est, unice delectatur
Deus seu beneplacetur Deo. Hoc argumentum
dilectionis Christi, erga nos tria continet: Pri-
mum quod Christi mors unicum sit precium no-
stræ redemptionis. Secundum, quod Christus hæc
omnia præstiterit immeritis ex mera sua bonitate
& dilectione. Tertium, quod cogitatio huius
ingentis dilectionis Christi debeat nos iustissime
admonere mutue inter nos dilectionis. Quare si
participes Christi esse uolumus mutue dilectioni
studebimus, præsertim cum ipse dixerit, in hoc
cognoscent homines quod mei discipuli sitis, si
uos mutuò dilexeritis, sicut ego dilexi uos.

Scortatio uero & omnis immundicia aut auaritia ne nominetur quis-
dem inter uos sicut decet sanctos.

Pugnantia cum uera imitatione Patris cœle-
stis, hoc est, cum sanctitate qua suos ornatos uult
Dominus, enumerare incipit, & hîc tria ponit,
scortationem, id est, uagam libidinem, immundici-
ciem, hoc est, omnis generis libidinem, qua cor-
pus & anima contaminantur, auaritiam qua fidu-
cia in Deum extinguitur, & fiducia in pecuniam
tanquam idolum fouetur. Hæc uitia adeò uult
Apostolus sublata, ut ne nominentur quidem inter
Christianos, ne dum in usu sint. Paulus uidetur
respe-

EPIST: ADEPHES:

respexisse ad locum qui est Deut. 23. Non sit me-
retrix neque scortator de filiis Israël. Verum hinc
uulnera Ecclesie merito deploranda sunt. Nam
iste sceleratissimæ pestes non solum nominantur pe-
tulanter, uerumetiam perpetrantur impune apud
eos qui iudicium Dei se exercere gloriantur. Sed
piorum est cauere, ne multitudine errantium &
horrendis scandalis incidant in laqueum Satanae,
ut uel blasphement uerbum Dei propter mores
corruptos eorum qui in Ecclesia Dei non postre-
mi esse uolunt, uel inuitentur exemplo ad imita-
tionem, quod admodum procliuè est. Multo enim
citius homines uitium unius imitantur, quam mul-
torum uirtutes. Cur autem hæc nominari nolit
Apostolus probat à repugnantibus. Christiani
sancti esse debent, Ergo nihil illis commune erit
cum sceleratis & abominandis criminibus.

Et turpitudine, stultiloquium, scur-
rilitas quæ non conueniunt, sed mas-
gis gratiarum actio.

Rursus connectit tria quæ similiter cum imi-
tatione Dei & uera sanctitate pugnant, quibus
opponit uirtutem ευχαριστίας, quæ non solum
significat orationem qua gratias agimus Deo, atq;
illum prædicamus: Verumetiam sermonem gra-

N 3 tia &

COMMENT. IN

tia & suauitate conditum notat. Non enim amat Deus Stoicam & superciliosam in loquendo asperitatem, qua homines absterrentur à conuictu nostro, sed ut uult nos comes & suaues in conuictu: ita sermonem requirit pia suauitate conditum.

Porro quòd interserit Apostolus . quæ non conueniunt, argumentum est à repugnantibus. Pugnat enim cum piorum officio omnis turpitudine & obscœntas.

Hoc enim nostis, quòd omnis scortator, aut immundus, aut auarus aut qui est idolatra, non obtinebit hæreditatem in regno Christi & Dei.

Comminationem grauisimam superioribus addit, seu argumentũ à supplicio quod imminet scortatoribus, immundis & auaris subiicit, nimirum quod excludantur ab hæreditate Christi & Dei. Nec mirum est, quoniam cum his pestibus fides iustificans nequaquam stare potest. Non tamen hac comminatione lapsis præcluditur spes uenæ, sed tantum significatur supplicium huiusmodi peccatis dignum, ut sceditate peccati agnita & magnitudine reatus ex pœnis intellecta, agamus pœnitentiam ac talem sceditatem detestemur. Nam de pœnitentibus regula Ezech: 33. tenenda est.

EPIST: ADEPHES:

da est. Cum recesserit impius ab impietate sua feceritq; iudicium & iusticiam, uiuet in eis. Item, Nolo mortem peccatoris, sed ut conuertatur & uiuat. Sed summopere cauendum est, ne hac regula in contumeliam Dei & in nostram perniciem abutamur. Caueamus igitur ne consuetudine peccandi in reprobam mentem incurramus, & dolere tandem de impijs nostris factis desinamus. Nam si spiritus sancti clamores, quibus nos in prædicatione Euangelij ad poenitentiam inuitat, contemserimus, metuendum est ne iusto Dei iudicio abijciamur, & tanquam mortui & poenis æternis destinati coram Deo habeamur. Quod sanè supplicium dignissimum est, quo Deus hominum peruicacem pertinaciam puniat.

Nemo uos decipiat inanis sermonibus, propter hæc enim uenit ira Dei in filios contumaciæ. Nolite ergo effici participes eorum.

Prolepsis est qua anteuertit obiectionem & excusationem eorum, qui flagitia, quæ recensuit, extenuant, asserentes ea esse humanæ fragilitatis errata: Deum non esse adeo crudelem, quod uelit homines ob talia in perpetuum abijcere: fuisse alios omnibus temporibus etiam ex sanctissimis

COMMENT: IN

patribus in similia prolapsos: gratiam ita abundare, ut absorbeat totius mundi peccatum: satis esse si quis uel in extremo halitu peccatorum commissorum ducatur poenitudine. Huiusmodi argumētis multi se misere decipiunt, donec precipites ruant in perpetuum exitium. Verum Apostolus noster admonet hic pios, ne sinant se huiusmodi uanis sermonibus ueluti inescari, quo tanquā hamo Sathanae pertrahantur in infernum. Nullum perniciosius uenenum est, quā sunt illae excusationes, quae nos in peccatis detinent & confirmant. Quicumq; enim huiusmodi inanibus sermonibus indulget, prorsus timore Dei uacat. Nam timoris Dei proprium est, ut loquitur Syracides, expellere peccatum. Proinde non dico tanquā Syrenum cantus, sed ueluti exitiales Sathanae morsus fugiamus uoces hominum prophanorum, qui iudicium Dei & peccatorum reprehensiones in facetias uertunt, & moueamur exemplis totius mundi, qui expertus est propter talia flagitia uenire iram, hoc est, uindictam Dei in filios inobedientiae, id est, in homines contumaces. Hoc testatur diluuium, exidium Zodomae, plurimae clades & rerumpub: ac familiarum euersiones & horrendae mutationes. Hoc ipsum in extremo die testabuntur poenae, quibus Deus hanc contumaciam puniet.

Obtemperemus igitur Spiritu isancto hortant
ti &

et pra
ferio, ma
ris, ne no
perat &
prorsus de
peccantur
quam aufe
igitur cont
tum nos in

Ex
nime au
filij luc

Exho
ne dupli
quo ante
iam conue
libet digni
bus respon
suum statu
du, in qu
ignominia
plo deterre
lus uocat
quales su
um. Habe
phasim, u

EPIST: AD EPHE:

ti & præcipienti, ne simus consortes illorum, & serio, matureq; agamus pœnitentiam uitæ prioris, ne nos Dominus in furore suo iustissime abijciat & tradat in reprobam mentem, donec prorsus dedoleamus. Non moueat nos multitudo peccantium, non fallat nos impunitas. Nequaquam aufertur pœna, sed tantum differtur. Ne igitur contemnamus lenitatem Dei ad pœnitentiam nos inuocantis.

Eratis enim aliquando tenebræ, nunc autem lux in Domino tanquam filij lucis ambulate.

Exhortationis argumentum petit à collatione duplicis status Ephesiorum uidelicet eius, in quo ante conuersionem fuerunt, & huius, in quo iam conuersi collocati sunt. Par enim est, ut quilibet dignitati & loco in quo est, uita & moribus respondeat, caueatq; ne qua labe contamine suum statum, atq; ita propria culpa excidat gradu, in quem euectus fuerat, cum in propriam ignominiam, tum in aliorum ruinam, qui exemplo deteriores fiunt. Tenebras hoc loco Apostolus uocat homines cœcos & flagitiose uiuentes, quales sunt omnes non conuersi per Euangelium. Habet autem hæc Metonymia magnam Emphasis, ut cum scelus pro scelesto dicimus. Sen-

N S fus

COMMENT: IN

ius ergo est. Ante conuersionem fuistis homines ex meris tenebris ignorantie & malicie conflati, adeo ut nihil uere & salutaris luce in uobis fuerit reliquum. Nunc autem lux estis, Quare ut filij lucis ambulate. Nomen lucis tribuitur fidelibus, tum quia uera lucis illustrantur in sese, tum uero quod alij etiam praeluceant, adeo ut sceleratorum uitam etiam coarguant, hoc est, magis manifestam faciant.

Hic locus imprimis obseruandus est, qui monet, quod cogitatio dignitatis Christianorum debeat eos excitare ad sancte & inculpate uiuendum, cum ut Deo debitam prestemus obedientiam, tum ut alios ad pietatem nostro exemplo imitemus. Deinde docet hic locus, quod qui profitentur Christianismum flagitiose uiuunt seipsos fallant, & se maiori damnationis periculo exponant. Non enim filij lucis sunt, hoc est, non uera luce sunt illuminati, nisi qui opera tenebrarum detestantur & abijciunt.

Fructus enim spiritus est in omni bonitate, iusticia & ueritate.

Argumentum hoc sumitur à causa efficiente. Nos qui credimus, spiritu Christi regeniti & donati sumus. Huius autem spiritus fructus est, bonitas,

*nitatis, iustitiam
contra m
gantur ad
tur coher*

*Pro
Domini
peribus
redargui*

*Qu
filiorum
cat. F
probem
quod ipse
Ut enim e
que diffi
norma esse
emus ope
& noxijs,
tur ab igne
ipsam ing
bent, quali
tu quibus
municare
quis facin
quo modo*

EPIST: AD EPHES:

*nitatis, iusticia, & ueritas. Ergo his studendum est
contra maliciam, iniusticiam & mendacium. Le-
gantur autem hæc in parenthesi, ut quæ sequun-
tur cohæreant cum sententia superiori.*

**Probantes quid sit beneplacitum
Domino, & nolite communicare o-
peribus infructuosis, sed magis etiam
redarguite.**

*Quid sit ambulare ut filij lucis, exponit, &
filiorum lucis studia ad tria ueluti capita reuo-
cat. Primum enim uult ut exploremus ac ap-
probemus, quicquid Deo acceptum est, hoc est,
quod ipsius uerbo mandatum & expressum est.
Ut enim ex solo uerbo constat quid placeat, quid-
que displiceat Deo: ita solum uerbum pijs uitæ
norma esse debet. Deinde requirit, ne communi-
cemus operibus infructuosis, hoc est, inutilibus
& noxijs, tenebrarum, hoc est, quæ proficiscun-
tur ab ignorantia Euangelij & Christi, quæq;
ipsam ingenitam concupiscentiam causam ha-
bent, qualia sunt Prophana & horrenda flagi-
tia quibus ignari Euangelij se contaminant. Com-
municare autem tum dicimur flagitiosis & ini-
quis facinoribus, cum uel illa nobis placere quo-
quo modo significamus, uel silentio præterimus,
idq;*

COMMENT: IN

idq; maximè si uocatio nostra patiatur, ut ea nobis displicere palam profiteamur. Tertium est, ut redarguamus opera tenebrarum, idq; tum sancta & honesta nostra uita, tum uoce ex zelo quodam gloriæ Dei proficiscente, atque hoc maximè si conditionis nostræ ratio id ferat. Verum si id uerbis præstare non liceat, ostendendum tamen est quomodocunq; ista facinora nobis nequaquam placere.

Locus hic obseruandus est. Non enim tantum filiorum lucis, id est Christianorum officia breui aphorismo complectitur: Verumetiam refellit eorum uanitatem, qui se suo rite functos officio autumant, si ipsi non peccent per se; nihil solliciti de alijs. Deinde & eos errare docet hic locus qui in Papatu cum uiuunt, existimant satis esse mente abhorrere ab impietate et superstitione Papistica, nihil nocere arbitrantes interesse prophanationibus abominandis & sacrilegis papicularum, pacis & tranquillitatis externe gratia. Nam qui uel præsentia sua uidentur ista approbare, tametsi mente improbent, scelestæ tamen participationis laqueis se induunt. Nec intelligunt superstitione id, an callida simulatione faciant, ad rem non pertinere, quando utroq; pariter malo, & sacram Dei religionem ludibrio habent inter homines, & exemplo suo partim rudium inscitiam ad obstinatioem peruicaciam
confir=

confirma
tesq; con
Syrie pr
nam sibi
ge suo in t
cum pace
ratio non
tam incur
gis inclin
tabat, acco
4. Reg: 5

Qu
pe est
dum ce
tur. Om
est. Qu
dormis,
celcet tibi

Exagge
te simul o
prehension
uita impur
huiusmodi
cognitione
mentur su

IN
tra patitur, ut et
amur. Tertium
eborum, id est, iudi-
tum uoce ex zelo
rite, atque hoc ma-
o id ferat. Verum
it, ostendendum
cinora nobis neque-
lus est. Non enim
ristianorum officio
er: Verum etiam
se suo rite functis
ecent per se, nihil
e & eos errare doc-
m uiuunt, existimo
impetate et super-
arbitrantes interse-
mdis & sacrilegis
uilitatis externe
sua uidentur ista
probent, scelera
se induunt. Nec
n callida simulatio-
inere, quando utro-
dei religionem labi-
& exemplo suo per-
inationem peruen-
cip

EPIST: ADEPHES

confirmant, partim imbecillium dubias hæsitan-
tesq; conscientias labefactant. Nec Naaman
Syriæ præfectus illis patrocinatur, qui cum rem-
unam sibi à Domino ignosci petiisset, si cum Re-
ge suo in templum Rheannon ingressus adoraret
cum pace à Propheta dimissus est. Nam illa ado-
ratio non fuit procumbere ad idola: sed fuit tan-
tum incuruatio quædam corporis, qua se ad Re-
gis inclinationem quem fulciebat ipse & susten-
tabat, accommodarit, ut apertè testatur historia.
4. Reg: 5.

Quæ enim clam fiunt, ab illis tur-
pe est etiam dicere, omnia autem
dum coarguuntur à luce manifestan-
tur. Omne enim quod manifestat lux
est. Quamobrem dicit: Surge qui
dormis, & exurge à mortuis, & illu-
cescet tibi Christus.

Exaggerat scelera prophanarum gentium,
ac simul ostendit fructum coargutionis & re-
prehensionis, qua uidelicet, pij honesta & sancta
uita impuritatem impiorum coarguant. Nam ex
huiusmodi reprehensione scelerati homines in sui
cognitionem ueniunt, & cum mores piorum in-
tuentur suam turpitudinem agnoscunt, ac ita tan-
dente

COMMENT: IN

dem incipit eos pudere scelerum suorum flagitiorum. Atque hic quidem sensus est presentis pericopae. Verum quoniam uerba Apostoli explanatione indigent, nonnihil adijciemus, ut pondus uerborum Apostoli obseruetur. Primum enim cum dicit: quae clam fiunt ab illis turpe est, uel dicere, exaggeratio est à comparatis. Minus est loqui de flagitijs quam ea perpetrare, iam autem si turpe est ea quae perperant uel dicere, erit profecto maximè detestanda operis foeda perpetratio. Deinde cum inquit: Omnia dum coarguuntur à luce manifestantur, fructum exprimit fraternae obiurgationis. Est autem horum uerborum sensus, ut eum explicat Ambrosius, tum demum uidentur & apparent dum obiurgantur scelerati. Quia qui peccat quam diu non corripitur, minimè sibi peccare uidetur. A luce autem manifestantur, quia Filij Dei, qui lucis filij dicuntur, ea coarguunt, uita, doctrina, sanisque admonitionibus. Huius dicti probationem subiungit à natura lucis. Omne, inquit, quod manifestat, lux est. Ut enim tenebrae obscurant & tegunt occulta. Ita lux in diem producit quod tenebris obuolutum erat. Huc addit & aliam comparisonem à pronuntiatis. Surge, inquit, qui dormis, hoc est, qui in peccatis stertis, desere peccata, & exurge è mortuis, hoc est, à peccatis mortem inferentibus, abstineto. Et ille
lucescet

lucescet
tionem pe
nebras pe
cie Christ
nus negat
tare, sunt
lum qui
uenit lux t
Alij ad 9, ca
ubi sic habet
uit lucem
re, mortu
istimant
enim Pro
homines a
rum uerb
enim, ut p
conuersione
adant, &
pposcentes.
nostrum à se
& exurge
fuo.
Vi
ratè amb
sed ut sap
nem, qu

EPIST: ADEPHES:

lucet tibi Christus, hoc est, senties consolationem per spiritum Christi. Quo enim magis tenebras peccatorum fugimus, eò magis Sol iusticie Christus in cordibus nostris lucet. Hieronimus negat hoc dictum, usquam in scripturis extare, sunt qui existimant Apostolum respicere ad locum qui est Esa: 60. cap. Surge illuminare quia uenit lux tua, & gloria Domini super te orta est. Alij ad 9. cap. Esaie, hoc testimonium referunt ubi sic habetur. Populus qui ambulat in tenebris uidit lucem magnam habitantibus in umbra terre, mortis, lux splenduit super eos. Alij existimant $\mu\mu\mu\mu\mu\mu\mu\mu$, hoc dictum esse? Omnes enim Prophete & sinceri uerbi præcones dum homines à peccato reuocare moliuntur, horum uerborum sententia utuntur. Primum enim, ut par est inuitant ad pœnitentiam, seu conuersionem. Deinde promissionis uerbum addunt, & consolationem quibus eriguntur resipiscentes. Quapropter & nos sciamus unicuique nostrum à spiritu Christi dici, Surge qui dormis, & exurge à mortuis, & illucescet tibi Christus.

Videte igitur quomodo accuratè ambuletis, non ut insipientes, sed ut sapientes, redimentes occasionem, quia dies mali sunt, propterea nolite

COMMENT: IN
nolite esse imprudentes, sed intelligentes quæ sit uoluntas Domini.

Quod antea lucis & tenebrarum nomine Metaphoricè dixit, id iam propria loquutione exprimit: Videte, inquit, quomodo accuratè ambuletis non tanquam insipientes, hoc est, ignari Christi & Euangelij, sed tanquam sapientes, hoc est, edocti ueritatem Dei, & consciij uoluntatis diuinæ. Huius exhortationis rationem subiicit à temporis circumstantia sumtam. Redimentes, inquit, occasionem, quoniam dies mali sunt. Quid autem sit redimere tempus ex collatione contrariorum intelligimus hoc modo: sinere tempus elabi nobis aliud agendo, & redimere tempus contraria sunt. Ut igitur illud hominis est negligentis & dissoluti: ita hoc frugi & sapientis, qui non modo non abutitur occasione, sed mille uoluptatibus redimit. Metaphora sumta est à mercatoribus, qui curiosè merces considerant & delitijs omnibus facile uel lucellum aliquod anteponunt, idq; potissimum quando tempora sunt plena difficultatum. Veluti cum fames, uel penuria ingruit, uel quando cum astutis hominibus est agendum, uel cum mercatura dubiæ & ancipitis fortunæ uidetur. Tum enim solent mercatores omnia circumspectè agere in quamuis oportunitatem intenti. Proinde demum tempus redimere dicimur,

EL
dicimur, &
charas ha
parandæ
oblatam.
crit si ille
nos à regi
mus, ac o
reparanda
non quide
sum Solis
res attine
pro aduun
sunt sed a
fieri imp
uoluntas
dem tantum
sunt pios à m
cauendum est
na abduci: s
in nobis in c
perpetua ui
pro, ac in om
imprudentes
in opponit
mini. Qua
securè uiu
uoluntatem

EPIST: AD EPHESIOS.

dicimur, quādo uel dispendio omnium rerum quas
charas habemus in hoc mundo, captemus ueram
parandæ salutis oportunitatem per Euangelium
oblatam. Nam id demum precium redemptionis
erit si illecebris & omnibus impedimentis, quæ
nos à regno Christi auocare possent, renuncie-
mus, ac omnibus modis intenti simus occasione
reparandæ salutis, idq; ideo: quia dies mali sunt:
non quidem, quantum ad spacia horarum & cur-
sum Solis, sed quantum ad corruptos mundi mo-
res attinet. Est enim Metonymia qua subiectum
pro adiuncto ponitur. Ex his infert quod propo-
suit sed alijs uerbis: Propterea, inquit, nolite
fieri imprudentes, sed intelligentes quæ sit
uoluntas Domini, quasi diceret: quandoqui-
dem tantum periculum ex omni parte circum-
stat pios à malicia & corruptis mundi moribus,
cauendum est, ne per iusticiam sinatis uos à uera
uia abduci: sed spectandum est potius, ut semper
sit uobis in conspectu uoluntas Domini, quæ uobis
perpetua uitæ regula esse debet in tota uita ue-
stra, ac in omnibus actionibus. Quos'nam uocet
imprudentes exponit antithesi Apostolus. Nam
eis opponit intelligentes quæ sit uoluntas Do-
mini. Quare imprudentes erunt hoc loco qui
securè uiuunt parum cogitantes de uita iuxta
uoluntatem Domini componenda.

○

Porro

C O M M E N T : I N

Porro hic Pauli locus dignus est, quem semper in conspectu habeamus. Nam admonet ne sinamus nos multitudinis exemplo precipitari in flagitia, à quibus, si uerè pij esse uolumus, abstinendum est omnino, ac uoluntati Dei studendum, etiamsi omnibus quæ carni placent renunciandum esset. Hic unusquisq; nostrum se examinet, uideatq; ne hanc spiritus sancti exhortationem pertinaciter contemnat, illecebris carnis & alijs quæ mentem à ueræ pietatis studio auocare possunt, indulgens.

Et ne inebriemini uino, in quo inest lasciuia, sed potius impleamini spiritu, uobisipsis loquentes Psalmis & hymnis & odis spiritualibus, canentes, & psallentes in corde uestro Domino, gratias agentes semper de omnibus in nomine Domini nostri Iesu Christi.

Generali exhortationi exempli causa species quasdam seu hypotheses subiicit, ac primo loco commendat nobis spiritualem leticiam, dehortans à leticia carnali. Vt enim spiritualis leticia quædam spiritualis sapientia est: id carnalis ebrietas insipientiæ quoddam genus existit. Quare
ut ab

ab hac di
toto argu
toto quem
tum est.
ne cap
occasionem
est, omnis g
nt enim ebr
precept: in
Quid m
Spes iul
Quina
fuit, hif
fatos, ut se
cennius au
ngurgitent.
ulime offen
m in corde,
tm reuelat,
arimos anin
rei testis
sic Paulus
ca, gaudium
n pa colloq
nos, hymno.
omibus in

EPIST. AD EPHES:

ut ab hac dehortatur, ita ad illam adhortatur an-
nexo argumento ab utriusq; effectu idq; per
περσοαπόδειξι. Nam utriq; ordine sua obijcitur
ratio quemadmodum in multis superioribus etiam
factum est. Ne, inquit, inebriemini uino, id
est, ne captetis ex immodico potu exhilarandi
occasionem, quare? Quia in eo ἄσωτία, hoc
est, omnis generis lasciuia & intemperantia. Fa-
cit enim ebrietas, ut in omne genus scelerum ruas
præceps: iuxta notos uersiculos:

Quid non ebrietas designat, operta recludit.
Spes iubet esse ratas, ad prælia trudit inermē.

Qui nam ἄσωτοι dicantur Cicero libro 2. de
finibus, hisce uerbis indicat: Noli mihi fingere
afotos, ut soletis, qui in mensam uomant, & de
conuiujs auferantur, crudiq; postea rursus sese
ingurgitent. Hæc igitur non solum Deum gra-
uissimè offendit & extinguit spiritus sancti lu-
cem in corde, uerumetiam mentem alienat, occul-
tum reuelat, libidinem accendit, corpus eneruat,
plurimos animi & corporis morbos gignit, cu-
ius rei testis esse poterit ferè uniuersus orbis.
Huic Paulus opponit plenitudinem spiritus, hoc
est, gaudium in spiritu sancto, unde erumpimus
in pia colloquia de Deo ac rebus diuinis, in Psal-
mos, hymnos, odas & gratiarum actiones pro
omnibus in nomine Domini nostri Iesu Christi,

Q 2 red

COMMENT: IN

reddendas Deo omnipotenti & patri benefico qui omnia suis abundè largitur. Ideo enim hic coniungit Deum & patrem non quòd sint diuersi, sed unus Deus: cuius quidem potentia Dei, uoluntas uero patris nomine designatur.

Porro discriminè inter Psalmos, hymnos et odas, hoc est, Psalmi sunt in quibus Musici cum aliquo instrumento adhibentur præter linguam. Hymni laudis cantica sunt, siue sola lingua, siue alia ratione fiant. Odæ uocis sunt cantica, quæ non sunt laudis tantum sed aliarum quoque rerum, ut Prophetiarum, doctrinarum, exhortationum, &c. Hæc autem omnia Paulus uult esse spiritualia, hoc est, non inepta & lasciuia, sed ad spiritualem edificationem composita. Nam Epitethon spiritualis ad argumentum & finem referri debet. Nec his repugnant uerba Pauli dicentis: Loquentes uobis ipsis. Item, Psallentes in corde uestro. Nam Phrasis scripturæ est loqui uobis ipsis, id est, inter uos ipsos. Canere in corde, id est, ex corde. Non uult Apostolus petulantes cantilenas, & inanes organorum mugitus, quibus non edificatur conscientia, sed magis uastatur conscientia, piæ meditationes impediuntur, & orandi ardor extinguitur: sed tantum ea requirit cantica quæ ex pio corde proficiscentia spiritualem leticiam pijs pectoribus adferunt.

Docet

Docet
horum le
quijs de
quibus co
antur.

Porro
est d
ram con
& hæc pie
ritamenta
hant à tali
raniam e
uide Paste

Subd
Christi.

Hactenus
ijs differit
commendati
teralem the
sua gradus q
in hac the
videlicet præ
pi. Præce
sine præcep
tus pertinet
officio char

EPIST: ADEPHE:

Docet itaq; hic Pauli locus, in quibus rebus
piorum leticia consistat, nimirum in mutuis col-
loquijs de Deo ac rebus diuinis, in pijs cantilenis,
quibus corda nostra ad maiorem fiduciam exci-
tantur.

Porro tametsi ebrietas tanquàm fœdisima
pestis est detestanda, honesta tamen & sobria pi-
orum conuiuia nequaquàm damnanda sunt. Nam
& hæc pietatis quædam & mutue charitatis in-
citamenta esse possunt, unde pij non abhorre-
bunt à tali conuiuandi ratione, modò intempe-
rantiam & ebrietatem detestentur: sed de hac re
uide Pastorem meum.

**Subditi estote inuicem in timore
Christi.**

Haftenus de communibus Christianorum offi-
cijs disseruit Apostolus, nunc personalia officia
commendaturus Ephesijs, Primum proponit ge-
neralem thesin de mutua subiectione, ex qua po-
stea gradus quosdam & hypotheses extruit. Por-
rò in hac thesi duo sunt obseruanda diligenter,
uidelicet præceptum & regula, seu ratio præce-
pti. Præceptum est: Estote inuicem subditi, hoc
sanè præceptum ad omnes omnium hominum sta-
tus pertinet. Nemo enim est, qui non debeat ex
officio charitatis alijs seruire, sic Reges & Prin-
cipes

COMMENT. IN

cipes suis seruiunt subditis. Nam ubicunq; ueritas mentem occupat, ibi prompta quoq; uoluntas ad præstanda officia adest. Regula autem mutue subiectionis est timor Christi. Hic autem timor nihil aliud est, quàm cultus fidei & subiectionis. Hic timor tollit omnem arrogantiam, qua homines se inuicem tanquàm ex alto despiciant. Hic timor facit, ut nos ipsos abnegantes renunciemus omnibus, quæ Christus in suis ferre non potest. Deniq; hic timor efficit, ut exemplo Christi omnibus seruiamus, idq; ut nostra obedientia glorificetur Deus, & inter nos mutuo charitatis officijs iungamur. Hæc igitur subiectionis regula in intimum cordis nostri reponatur. Nam qui hanc regulam in mutuis officijs præstandis non sequitur, Christi quidem nomen sacrilegè sibi usurpare potest, sed spiritus Christi imperium peruicaciter excutit.

Vxores proprijs maritis subditi estote, tanquàm Domino, quia uir est caput uxoris, quemadmodum & spiritus caput Ecclesiæ, & ipse est seruator corporis, sed ueluti Ecclesia subijcitur Christo, sic & uxores proprijs maritis in omni.

Proposuit generalem thesin de subiectione mutua, iam ab æconomico statu exempla petit, et ordine, uxorum & maritorum, liberorum et pa-

E
rentum, s
explicat,
maritos a
confirmat
positio co
proprijs n
onis lex i
quod null
tanquàm
marito sub
de ea, que
subiectio
ut peccat
hoc iugum
pia femin
subiectione
Rationem p
Dei & ab ut
noris, hoc e
corpore, uer
nistrat co
poris incolum
ris incolumi
tantum capi
to. Quem
put Eccles
autem Chri
illi præst.

EPIST: AD EPHESIOS.

rentum, seruorum & dominorum officia mutua explicat, ac primo loco de uxorum officijs erga maritos agit, propositionem per comparationem confirmat ac modum subiectionis ostendit. Propositio comparata est: Vos uxores estote subditæ proprijs maritis tanquàm Domino. Hæc subiectionis lex imponitur mulieri Gen. 3. Propterea quod mulier se à serpente seduci passa sit. Et quanquàm in statu hominis primo uxor erat marito subiecta, tamen diuersa fuit illa subiectio ab ea, quæ postea mulieri imposita est. Prior enim subiectio fuit liberalis & minime dura, posterior ut peccati pœna grauiori iugo premit. Verum hoc iugum cum Domini uoluntatem intuentur piæ feminae, propter quem debent suis maritis subiectionem, fit iucundum potius quàm triste. Rationem propositioni subijcit ab ordinatione Dei & ab utili. Quia, inquit, uir est caput uxoris, hoc est, non solum superior ut caput in corpore, uerum etiam quemadmodum caput subministrat corpori uim & efficaciam unde corporis incolumitas conseruatur, ita maritus uxoris incolumitatem intueri debet. Hoc uoluisse Paulum capitis uocabulo indicat sequens collatio. Quemadmodum, inquit, Christus est caput Ecclesiae, & ipse est seruator corporis. Est autem Christus caput Ecclesiae, tum quia solus illi præest, tum quia quicquid habet boni Eccle-

COMMENT. IN

sia, hoc ex Christo capite fluat, quemadmodum
in cap. 2. declarauimus.

Sequitur modus subiectionis: sed ueluti Eccle-
sia subijcitur Christo: sic & uxores proprijs ma-
ritis in omni. Debet igitur subiectio hæc esse
liberalis, spontanea, alacris, officiosa, iucunda, ca-
sta, honesta, pia. Etsi autem pari autoritate mini-
mè pollent Christus & maritus, tamen exemplo
Christi, uiri uxoribus dominantur, & refe-
runt quandam imaginem Domini Christi in Ec-
clesia.

Hinc multæ doctrinæ colligi possunt.

PRIMA, quod Mulieres Christo obedire
nequeunt, imo Sathanae laqueis se inuoluunt,
quæ maritis sunt immorigeræ.

SECUNDA, quòd mulieres ex obedientia
& subiectione pia maximum fructum percipi-
ant, non secus atq; corpus quod capiti adheret,
ex eo uim uiuificam mutuatur.

TERTIA, quòd mulieres proprijs maritis
contentæ esse debeant, quibus etiam in omni of-
ficio pio & honesto placere studeant.

QUARTA, quòd mulierum subiectio non
solum sit probanda propter commoditatem do-
mesticam, uerumetiam quia est cultus Deo pla-
cens, quando ex fide & uera charitate profici-
scitur.

QUINTA, quòd confutetur hic error ue-
terum

trum hæ
prophan
nam iudic
Sanctus in
copula Ch
rabile dict
inter omni
Scortator

Viri
admodu
siam, &

Secu
sive theso.
& modum
diligite uxo
plo Christi
Ergo & ma
Modus ex
ipsum pro e
nis Christi.
uoribus C
exemplo m
lectionem
cit dum pr
acquisuit

EPIST: ADEPHES:

terum hereticorum qui coniugium tanquam rem
prophanam & Christianis quodammodo indig-
nam iudicarunt. Nam longè aliter hic spiritus
Sanctus iudicat conferens honestum coniugium
copule Christi & Ecclesie. Hic notetur memo-
rabile dictum Epistole ad Hebræos. Honorabile
inter omnes coniugium & cubile impollutum:
Scortatores autem & adulteros damnabit Deus.

Viri diligite uxores uestras quem-
admodum & Christus dilexit Eccle-
siam, & seipsum tradidit pro ea.

Secundum exemplum seu hypothesis propo-
sita thesicos & continet tria, præceptum, causam
& modum dilectionis. Præceptum est. Viri
diligite uxores uestras. Ratio seu causa ab exem-
plo Christi sumitur. Christus dilexit Ecclesiam.
Ergo & mariti proprias uxores diligere debent.
Modus exemplo exprimitur. Et tradidit semet-
ipsum pro eo. Hinc apparet magnitudo dilectio-
nis Christi. Quare si mariti dominari uolunt
uxoribus Christi exemplo, sciant quòd eodem
exemplo moneantur, factò si res postulat suam di-
lectionem declarare, quemadmodum Christus fe-
cit dum propria morte Ecclesie uitam ac salutem
acquisiuit.

O 5 Vt

COMMENT: IN

Vt eam sanctificaret, mundans eam lauacro aquæ in uerbo, ut sisteret eam sibi ipsi gloriosam Ecclesiam non habentem maculam aut rugam, aut quicquam tale, sed ut esset sancta & irreprehensibilis.

Occasione ab exemplo Christi diligentis suam Ecclesiam & tradentis se pro ipsa arrepta, commode digreditur Apostolus in commendationem gratiæ Christi erga suam Ecclesiam, cuius gratiæ gradus eleganter hic distribuuntur, iuxta ordinem beneficiorum, quæ Christus suæ Ecclesiæ ex gratia contulit. Primum enim dilexit Ecclesiam. Deinde ex dilectione tradidit seipsum pro ea. Tertio, sanctificat Ecclesiam, id est, separat eam sibi, ac ipsam Deo consecrat per remissionem peccatorum ac regenerationem spiritus. Quarto, modum apponit Apostolus per quem Christus suam Ecclesiam sanctificat, Mundans, inquit, eam lauacro aquæ uerbo. Quinto, loco finis adijcitur sanctificationis Ecclesiæ, nimirum ut Ecclesia sit pulchra & decora sine macula & ruga, uera sanctitate & innocentia ornata.

Ceterum quartus & quintus gradus fusiori explicatione indigent. Variam enim & multiplici

E
triplicem
mundan
menti ba
retexuer
ptismo.
Christo k
struat op
pertinet
eius purg
crum aq
lum gra
Tertio lo
est, qua
rior pur
in uerbo,
cacia esse
indicatur
logia in om
randa. Sig
signi ad re
ris purgat
mam a pecc
gum mund
pensis fac
menta Ecu
la & signi
testatur se
figurant.

EPIST: AD EPHESIOS.

triplicem doctrinam continent. Cum igitur inquit :
Mundans eam lauacro aquæ in uerbo, uim sacra-
menti baptismi eleganter exprimit. Nam hæc si
retexueris quinque perpendenda se offerent in ba-
ptismo. Primum Christus mundans. Soli enim
Christo hic honor competit, qui apparuit ut de-
struat opera Diaboli & aboleat peccatum. Huc
pertinet illud, Iohan: Sanguis Iesu Christi filij
eius purgat nos ab omni peccato. Secundo, laua-
crum aquæ ponitur quod est externum symbo-
lum gratiæ ac interioris purgationis sigillum.
Tertio loco ueritas signo respondens cogitanda
est, quæ est occulta mundatio animæ, ac inte-
rior purgatio à peccato. Quarto loco additur,
in uerbo, ut intelligatur baptismi uis & effi-
cacia esse ex promissionis uerbo. Quinto loco
indicatur Analogia signi ad ueritatem, quæ ana-
logia in omni sacramento diligenter est conside-
randa. Signum est lauacrum aquæ. Analogia
signi ad rem est hæc. Quemadmodum aqua fo-
ris purgat corpus: ita sanguis Christi intus ani-
mam à peccatorum sordibus abluit. Hanc analo-
giam mundandi uerbo significauit, his ritè per-
pensis facile intelligi potest quo in loco sacra-
menta Ecclesiæ habenda sint. Sunt enim symbo-
la & sigilla quibus Deus offert suam gratiam, &
testatur se uerè exhibiturum quod ipsa symbola
figurant. Nam semper sacramentis coniuncta est
ueritas

COMMENT: IN

ueritas rei, & exhibitio, quæ peragitur arcano quod est spiritus sancti opere, Non quòd spiritus Sanctus per sese indigeat externo admiculo, sed nostræ imbecillitatis ratio habetur. Ex his colligere facile est, sacramentum in nouo testamento rectè definiri signum, uisibile seu sensibile institutum à Christo, ut obsignet uerbum gratiæ et promissionis diuinæ fide accipiendæ. Tametsi autem impij neque abluuntur baptismo, neque nutriuntur cœna Domini, nihilominus tamen uim suam sacramenta, quò ad Deum attinet, obtinent, quia utcunq; Dei gratiam respuant ingrati, illis tamen offertur.

Porro descriptio Ecclesiæ quæ sequitur non ad externam formam, sed ad cordis puritatem pertinet, quod dextrè intelligendum est, propter eos qui negant Ecclesiam esse, ubi ferantur ulli qualicunq; labe aspersi, & in sui erroris patrocinium hunc Pauli locum detorquent. Si, inquiunt, Ecclesia nullam maculam, nullam rugam habet, Si Ecclesia est sancta & irreprehensibilis, non erit iste cœtus Ecclesia in quo sunt ulli scelerati. Hunc errorem formula precandi quam nobis Dominus præscripsit, refellit. Ita enim iussimus orare, Remitte nobis debita nostra &c. & in Psalm. dicitur: Pro iniquitate remittenda orabit ad te omnis sanctus. Si igitur omnes sancti opus habent, ut quotidie precentur remissionem,
pecca-

peccator
labe. Et,
non habe
nobis non
lis est &
get nos ab
Paulus Ec
ni nauo
dies & pr
hoc seculo
net Ecclesi
minata est
adeo puru
uitijs cir
quandiu k
quam habe
aperte co
Rom: 7. D
admixti sun
bus totum
modum ape
Corinthios
inter eos m
tos adulijs
infames, p
tes, non pe
in dubium
etiam ipse

EPIS: AD EPHE:

peccatorum, non erunt omnino immunes ab omni labe. Et, Iohan. dicit. Si dixerimus quòd peccata non habeamus nos ipsos seducimus, & ueritas in nobis non est. Si confiteamur peccata nostra fidelis est & iustus ut remittat nobis peccata, et purget nos ab omni iniusticia. Non significat igitur Paulus Ecclesiam omnino iam mundatam & omni neuo uacuum esse, sed potius adulescere in dies & proficere, eoq; tendere quòd nunquam in hoc seculo poterit peruenire. Nam tantisper manet Ecclesia in hoc mundo, duobus modis contaminata est. Primum enim nullum ipsius membrum adeo purum est & perfectum, ut nullis omnino utijs circumseptum sit. Fideles igitur omnes quamdiu hic uersentur semper immundiciem aliquam habent, quæ in eorum carne residet, sicuti apertè comprobatur sanctorum experientia, Rom: 7. Deinde bonis & pijs in Ecclesia semper admixti sunt hypocritæ et scelerati qui suis sordibus totum cœtum quodammodo inficiunt, quemadmodum apertè docet Paulus, scribens Corinthijs. Corinthios enim Ecclesiæ titulo ornat, sed tamen inter eos multos arrogantes, multos contaminatos edulijs idolorum, nonnullos crimine incoestus infames, plurimos irreuerenter sacra cœna utentes, non paucos, qui resurrectionem mortuorum in dubium reuocarunt, fuisse manifestum est. Hoc etiam ipse Dominus proposita parabola de zizanijs

COMMENT: IN

nijs aperte conuincit. Quò igitur spectat magnificum illud præconium Apostoli desinientis Ecclesiam esse sponsam Christi, carentem omni macula & ruga, sanctam & irreprehensibilem? Respondeo. Ecclesiam considerari dupliciter, uidelicet, in se & in Christo: Quatenus in se consideratur, multas omnino habet maculas quibus inuoluitur, quæ tamen non imputantur ipsi donec superior manserit spiritus in ipsis. Verum quatenus consideratur in Christo non solum sine macula est, sed infinito decoro exornata, scilicet iusticia Christi, quam per gratuitam condonationem est consequuta. Augustinus distinguit inter statum Ecclesie in hac uita & in futura. In presenti uita habet Ecclesia suas maculas. In futura erit sine omni macula, uerè pura sancta & irreprehensibilis.

Hic locus Apostoli docet, consolatur & confortat. Docet, in quem finem abluimur sacro baptisate, nimirum ut puritati studeamus. Consolatur eos qui hinc peccatis inuoluti, ingemiscunt, quòd adeò grauiter peccati mole grauentur. Futura est enim aliquando plena mundatio. Huc pertinet querela & consolatio Apostoli, Romanorum cap. 7. infelix ego homo quis me liberabit, de corpore mortis huius? gratias ago Deo per IESVM CHRISTVM Dominum nostrum.

Præm. C
te & inte
tem cum t
tente nos
las suis lu
quidem pr
rgis tran
pitum co
obeceris i
Baptismus
ceris, hoc
transgress
derit.

Sic
res tanqu

Modum
dit, ad prin
cens. Adam
es de ostibus
ideo de cost
ne prafigur
stenderet qu
coniugio er
sunt marita
est, corpus
truit. Nem

EPIST: AD EPHE:

*strum. Confutat eos qui gloriantur de baptis-
te & interim impuram ducunt uitam, pugnan-
tem cum baptismi analogia, quæ perpetuæ pœni-
tentie nos admonet. Hic obijci potest, quod Pau-
lus suis Iudeis obiecit, Roman: 3. Circumcisio
quidem prodest, si legem baptismi feceris, ac si
legis transgressor fueris, circumcisio tua in pre-
putium conuersa est. Ad eundem modum rectè
obieceris ijs qui nomine tantum Christiani sunt.
Baptismus quidem prodest, si legem baptismi fe-
ceris, hoc est, si fœdus baptismi seruaueris. At si
transgressor fueris, baptismus tuus tibi nihil pro-
derit.*

*Sic debent uiri diligere suas uxores
res tanquam propria corpora.*

*Modum diligendi uxores clarius adhuc osten-
dit, ad primum coniugium Adæ & Eux respi-
ciens. Adam adducta ad se uxore dixit: Hoc nunc
os de osibus meis, & caro de carne mea. Atque
ideo de costa Adæ Dominus formauit mulierem,
ut præfiguraret Christum & Ecclesiam, & o-
stenderet quo animo mariti & uxores in sacro
coniugio erga se mutuo esse debent. Perinde enim
sunt maritus, & uxor atque una eademq; caro, id
est, corpus, unde hoc argumentum Paulus ex-
truit. Nemo est qui proprium corpus non diligit,
Vxor*

COMMENT: IN

Vxor autem est unum corpus cum marito. Igitur
mariti proprias uxores, ut propria corpora dili-
gere debent.

Qui diligit uxorem suam, seipsum
diligit. Nullus enim unquam car-
nem suam odio habuit, sed nutrit, ac
fouet eam, quemadmodum & Do-
minus Ecclesiam, quia membra su-
mus corporis eius, ex carne eius, &
ex ossibus eius. Huius rei causa re-
linquet homo patrem & matrem, &
adhærebit uxori suæ, & erunt hi duo
in unam carnem.

Confirmat diligendas esse uxores, ac Primo
loco, duo axiomata, seu principia ponit, quæ sunt
propositiones duorum Syllogismorum. Deinde
alia duo argumenta subiicit: Quorum prius ab
exemplo Christi, posterius ab ordinatione Dei
petitur. Hæc posteriora argumenta confirman-
dis prioribus adhibentur. Primus Syllogismus,
ex primo axioma huiusmodi est. Qui diligit
uxorem suam, seipsum diligit, sed quilibet mari-
tus seipsum diligit. Ergo etiam suam uxorem
diligere debet. Secundus Syllogismus, ex se-
cundo axioma, hic est, Nemo unquam carnem
suam

E
suam odie
est caro p
uxorem o
iam attex
nutrit &
ne eius, &
adducto
causa reli
& adhe
uam, que
tes, quibu
ut uxore
scilicet
Nam si ad
scinditur a
matrimon
tem maritu
sed affectu.
fouebit suam
militar &
carnem. S
unus homo,
petit ad que
Myft
ego dico
suam.

EPIST: AD EPHE S:

suam odio habuit, sed nutrit ac fouet eam, uxor est caro proprii mariti, Ergo maritus non debet uxorem odisse, sed potius nutrire & fouere. Huc iam attexit argumentum ab exemplo. Christus nutrit & fouet Ecclesiam, quia est caro ex carne eius, & os ex ossibus eius. Atq; hoc confirmat adducto testimonio ex 2. Capite Gen: Huius causa relinquet homo patrem & matrem suam, & adherabit uxori suæ, & erunt duo in carnem unam, quasi diceret, potius relinquendi parentes, quibus lege naturæ obstrictus est homo, quam ut uxorem deserat, cum qua una caro est, donec scilicet substantia matrimonij manserit salua. Nam si adulterium interuenerit, rea persona abscinditur ab illa carnis unitate, quam in honesto matrimonio requirit Dominus. Dicuntur autem maritus & uxor una caro non substantia sed affectu. Perinde enim maritus diligit & fouebit suam uxorem ac propriam carnem. Similiter & uxor maritum amabit ut propriam carnem. Sunt proinde maritus & uxor ueluti unus homo, ex qua unione Christus responsum petit ad quæstionem de diuortijs.

Mysterium hoc magnum est, at ego dico in Christum & in Ecclesiam.

P Admo=

COMMENT: IN

Admonitio est. Non enim satis potuit **A**postolus uerbis eloqui, quàm admiranda copulæ Christi & Ecclesiæ imago sit coniugium à Deo in Paradyso institutum. Tametsi autem coniugiū res externa est, tamen Apostolus illud fuisse typum quendā sponsi Christi & eius sponsæ Ecclesiæ affirmat. Quemadmodum enim mulier ex uiri dormientis latere desumitur: ita Ecclesia per efficaciam mortis Christi nascitur, & relictis parentibus honesta uxor suo adhæret marito, eoque solo contenta est: ita Ecclesia relicta idolatrica fornicatione, unico Christo sponso adhærebit, & potius parentes dulcissimos deseret, quàm ut à Christo sponso discedat. Præterea sicut ex latere, id est, de medio corpore ædificatur Eua: ita Ecclesia ex carne Christi & ex ossibus eius progignitur, quod quidem mysticè intelligendum est. Est enim quædam rei uisibilis ad rem spirituales ἀναγωγία, unde & à Paulo mysterium, hoc est, Sacramentum dicitur. Ducit namque coniugium nos quodammodo per rem uisibilem ad intimam copulam Christi & Ecclesiæ (quam primum matrimonium figurauit) cogitandam. Atque hoc est quod Paulus uult, cum inquit, **A**c ego dico in Christum & Ecclesiam, ac si diceret: Coniugium masculi & fœminæ à Deo in Paradyso institutum est, non solum propter mutuū adiutorium et prolis procreationem: uerum etiam,

etiam, ut
Christi &
res spiritu
Quare ne
cis huc ac
ri Theolo
habentem
contempl
tio Sacram
petit, tam
que ita re
tum sunt
ceremoni
quam offe
sunt in uo
Cena Dom
Porro ut
ram ad con
nouu testame
tibi funda
natis arbit
piscopop &
oces non n
tunt quàm
greci Theoi
sua lin
coniugium
appellari à

EPIST: AD EPHES:

etiam, ut sit quidam typus spiritualis copule
Christi & Ecclesie, ita ut sub uisibilibus rebus
res spiritualis, quasi in imagine representetur.
Quare non ineptè mysterij definitio usitata græ-
cis huc accommodari potest. Definiunt enim græ-
ci Theologi mysterium esse actionem uisibilem
habentem annexam sibi spiritualem quandam
contemplationem. Quanquam autem hæc definitio
Sacramentis Ecclesie Christi in genere com-
petit, tamen longè alia ratio est Sacramentorum,
quæ ita κατ' ἄξιν appellamus. Nam illa tan-
tum sunt ordinata & instituta à Christo, ut sint
ceremonie ac symbola quedam inuisibilis gratie
quam offert Euangelium. Cuiusmodi duo tantum
sunt in nouo testamento uidelicet, Baptismus &
Cæna Domini.

Porro ut Papistæ malè detorserunt hunc lo-
cum ad confirmandum quòd coniugium inter
nouo testamento Sacramenta sit numerandum, ita
debili fundamento nituntur, qui Papistas refuta-
ri satis arbitrantur, ex eo quòd Græcis scribatur
μυστήριον & non Sacramentum, cum ille due
uoces non magis significatione generali diffe-
runt quàm λευκόν & candidum. Nam quod
græci Theologi appellarunt μυστήριον, hoc la-
tini sua lingua Sacramentum dicunt. Quare ut
coniugium Sacramentum siue mysterium rectè
appellari à Paulo ueteres sentiunt, ita eos erra-

P 2 re non

COMMENT: IN

re non dubitandum est, qui coniugium inter noui testamenti symbola numerant. Quia nec ceremonia est noui testamenti propria, nec promissio gratie Euangelicæ per se confirmat, nec solius Ecclesiæ symbolum est, sed est status toti generi humano communis.

Cæterum uos quoque singuli uxorem suam quisque sic diligat ut seipsum, mulier autem ut timeat maritum.

Ne quis symbolum tantum putaret coniugium sacrum, ac ideo ad primorum parentum coniugium solummodo referenda esse, quæ de collatione Christi cum Ecclesia dicta sunt, breuiter anteuertens accommodat exemplum in genere ad omnes, & paucis concludit, quæ de mutuis coniugum officijs disseruit. Vt autem officia mariti erga uxorem ad unum dilectionis caput reuocat Apostolus, ita uxoris munus esse affirmat, ut metuat & reuereatur uirum ut caput suum. Hac uoce reliqua officia mulieris continentur. Maritus qui haud simulatè diligit uxorem, is intimo cordis affectu tanquam propriam costam eam complectitur, hoc est, ut hic Paulus loquitur, sicut seipsum, id est, ut propriam carnem. Hunc enim modum dilectionis præscribit Apostolus, candidè
igitur

igitur de
opera ade
is officia
tura præ
ex adue
taetur,
xor ut i
omnia deb
rat marit
minium q
charitate
Hac subie
ciscitur p
mentum.
rius, quod
domesticum
optimi & i
cui non po
na, ubi cum
tari cedere

CA

SV

T: I N

EPIST: ADEPHES:

igitur de ea sentit, benignè loquitur, consilio & opera adest, Deniq; præstat illi omnia humanitatis officia, quæ ipsi debet iuxta legem Dei & naturæ præscriptum. Officium quod huic dilectioni ex aduerso respondebit, timoris uocabulo continetur, quo cultus reuerentiæ intelligitur, quo uxor ut inferior, superiorem colit, & reddit omnia debita subiectionis officia, non obmurmurat marito, non insurgit aduersus ipsum, non dominium quærit aut primatum in familia, sed ex charitate, ex pia storga omnia præstat officia. Hec subiectio cum ex fide & timore Dei profiscitur pulcherrimum est honestæ fœminæ ornamentum. Docet propterea hic locus δημοκρατία, quodammodo contra naturam esse. Nam domesticum imperium mariti in uxorem formam optimi & iustissimi imperij commonstrat. Fieri enim non potest, ut pax sit & concordia diuturna, ubicunq; est ἰσοουμία, quæ facit, ut nemo alteri cedere uelit.

CAPVT SEX-
TVM.

SVMMA CAPITIS
SEXTI.

P 3 Liberi

COMMENT. IN

Liberi & parentes, serui ac Domini debita si-
bi inuicem præstent officia, omnes aduersus
regnum Satanæ spirituali Panoplia se arment,
orent pro omnibus, ac pro me, cuius statum, ut
cognoscatis mitto Tychicum.

ORDO ET PARTES CA-
PITIS SEXTI.

VT in fine capitis quinti de mutuis coniugum
officijs differuit, ita in huius sexti principio
liberorum & parentum, seruorum ac Domino-
rum officia describit. Deinde redit Apосто-
lus ad generalem exhortationem, hortatur Ephe-
sios, ut spirituali panoplia se muniant aduersus
spirituales hostes, quorum breuem descriptionem
adiungit, & Panopliæ spiritualis partes per di-
stributionem attexit. Præterea, ut pro se orent
postulat Apostolus, monetq; se ad illos misisse Ty-
chicum, ut ipsos consolaretur. Postremò suo more
totam Epistolam fausta imprecatione & uoto
claudit.

EXEGESIS SEXTI CAPI-
TIS CVM OBSERVATIONE
DOCTRINARVM.

Filij obedite parentibus uestris in
Domino.

Tertia

Tert
berc
seruanda.
Synchdo
cuius obe
honor in
in effecta
pietas erg
ga, qua p
climur. E
mente stat
num esse,
potestati p
honestis &
iam exhiber
gere, vel pra
hic obseruan
in Domino
ius maximis
si obediant p
ditam Domi
Qui timet D
sicut sibi ob
rebu pigne
parentibus
terint paren
dato sciant j
tur parente

EPIST: ADEPHES:

Tertia hypothesis, uidelicet de obedientia liberorum erga parentes, in qua duo sunt obseruanda. Primum quod obedientie nomine usitata Synechdoche complectatur scriptura honorem, cuius obedientia certissimum inditium est. Hic honor in duobus consistit, in affectu nimirum & in effectu. In affectu consistens honor est, uera pietas erga parentes, uera dilectio & ardens storga, qua parentes eò quòd parentes sint complectimur. Effectus honoris parentibus debiti, est mente statuere eorum statum uerè ordinem diuinum esse, ideoq; in honore habendum, libenter se potestati parentum subijcere, obedire in omnibus honestis & licitis, gratitudinem & beneficentiam exhibere, & errata maiorum ἐπιεικεία tegere, uel prudenter dissimulare. Alterum quod hic obseruandum dixi, est, quod hæc obedientia in Domino fieri debeat, id quod de duabus rebus maximis liberos admonere debet. Primum, ut obediant propter Dominum, seu propter mandatum Domini, idq; ex fide. Huc illud Syracidæ. Qui timet Deum honoret parentes. Deinde ut sciant sibi obedientie modum hîc præscribi, ne in rebus pugnantibus contra uoluntatem Domini parentibus obtemperent. Nam si quid tale tentarint parentes, liberi superioris Domini mandato sciant se à parentum lege exemptos esse. Si igitur parentes quid præceperint, uel aduersus

P 4 religio

T. IN
 cui ac Domini debita
 officia, cunctis ad
 li Panoplia se arm
 pro me, cuius statu
 cum.
 PARTES C
 SEXTI.
 pinti de mutuis comp
 ita in huius sexti p
 m, seruorum ac
 Deinde reit
 rtationem, hortari
 oplia se muniant a
 rum breuem de ser
 spiritualis parte
 Præterea, ut præ
 onetq; se ad illos
 laretur. Postremo
 sta imprecatione
 EXTI CAP
 SERuatione
 INARVM.
 parentibus uel

9 10

COMMENT: IN

religionem, uel contra honestatem, uel in damnum patriæ communis nullam debent liberi parentibus obedientiam, imò se potius totos parentibus opponant, ita tamen ne transgrediantur pietatis limites. Huc pertinet illud præclarum Ausonij dictum: parentibus suis tum demum aliquis obtemperat, cum sponte facit, quæ ipsi rectè iusserint. Cum his congruit dictum Domini. Si quis uult uenire ad me, & non odit patrem suum, & matrem suam, non potest meus esse discipulus. Amandus est ergo pater sed præponendus est creator. Et Ambrosius ait: si officium parentibus exhibendum est, quanto magis auctori parentum, cui gratiam etiam pro parentibus tuis debes. Et idem ait: Ut pascendos scriptura parentes præcipit: ita propter Deum relinquendos iubet, si impediunt deuotæ mentis affectum. Odium igitur quo Christus docet, ut parentes prosequamur, dissimulationis est, qua surdi Syrenum cantus præterimus, hoc est, parentes nos huius mundi illecebris immergere contendentes nõ agnoscimus, non eis auscultamus. Proinde odium hoc, est dissimulationis non persecutionis, uitationis non suppressionis, pietatis non crudelitatis. Tunc enim eos tanquam odio habere, præterire, fugereq; debemus, quando eos unà cum Deo colere non possumus. Si uerò utrumq; debitè fieri poterit, tū & Deo & parentibus debitus cultus exhibendus est.

Hoc

Ho
trem &
datum
bene t

Rati
partita,
utili. He
am reddi
genuerunt
Dei quæ
Utilitas
nila.

Verus
sunt, quare
tingit pios
quomodo i
per terran
sunt filij
In primis
bis terre
celestis p
dum sit,
tenq; ex
quo quis
tur ex h
te diem.

EPIST: ADEPHES:

Hoc enim iustum est, Honora patrem & matrem tuam (quod est mandatum primum in promissione) ut bene tibi sit, & sis longæuus in terra.

Ratio propositæ paræneseos. Est autem tripartita, nimirum ab honesto, causa imperante, & utili. Honestum est ac iustum benemeritis gratiam reddere, ac potissimum parentibus qui nos genuerunt & educarunt. Causa imperans, est lex Dei quæ præcipit ut liberi parentes honorent: Utilitas est felix in uita successus & longæua uita.

Verùm hîc questionæ nonnullæ excutiendæ sunt, quarum prima hæc est. An non sæpe contingit pios filios præmatura morte succumbere? quomodo igitur hæc promissio longæuæ uitæ super terram constans manebit? An non sæpe pessimij filij longo uiuunt tempore? Respondeo. In primis considerandum est, quod quicquid nobis terrestrium bonorum benignissimus pater cœlestis promittat, sub hac conditione accipiendum sit, quatenus in bonum animæ nostræ salutemq; expediat. Quemobrem haud raro fit, ut quo quis magis à Deo diligitur, tanto citius tollatur ex hac uita, iuxta illud. Ablatus est iustus ante diem, ne malicia sensus eius immutaret.

P 5 Quod

COMMENT: IN

Quòd autem mali & nequam filij interdum longo uiuant tempore, in causa est lenitas & bonitas Dei inuitantis eos ad pœnitentiam, quam si contemserint reponunt sibi thesaurum in die ira, ut tandem ob suam contumaciam æternis pœnis crucientur.

Cur hoc præceptum ab Apostolo primum uocatur in promissione, cum sit quartum in ordine, & primum præceptum habeat subiectam promissionem fauoris & misericordiæ Dei? Respondeo. Duplex obseruanda est promissio in lege Dei. Vna generalis, peculiaris altera. Generalis est illa quam primum præceptum annexam habet, quæ sanè promissio est uniuersalis obedientiæ legis, hoc est, non propriè pertinet ad primum præceptum, sed ad omnia præcepta seu uniuersalem legis obedientiam. Peculiaris promissio est, quæ peculiariter & seorsim alicui præcepto annectitur, ut cum quarto præcepto longæua uita præmium obedientiæ erga parentes promittitur.

Præterea questio de fatalis termini uitæ cuiusq; necessitate ex hoc loco soluitur. Nam hæc Apostoli uerba manifestissimè refellunt eos qui affirmant terminum uitæ nec culpa anteuerti, nec obedientia prolongari posse. Quod si uerum esset, nequaquam spiritus sanctus, hoc loco polliceretur scelicem successum, longæuam uitam ijs
qui

quod suos
iuratum
ad prosp
tionem ui
simonia
nationem
noct, uer
tingit. S
rum gener
termino n
nes obed
exempl
Testi
ca ascri
patrem
longo ui
Deus tu
multiplic
uitæ. Pr
ibidem.

Haru
Deutere
tur se
interce
citur p
constit
concio

EPIST: AD EPHE:

qui suos uenerantur parentes, id quod sanè peraburdum esset, si obedientia hæc nihil faceret, uel ad prosperum rerum successum, uel ad prolongationem uitæ. Tenenda sunt igitur firmissima testimonia aduersus istam Stoicam & falsam imaginationem. quæ non solum uehementer moribus nocet, uerum etiam pietatis exercitia prorsus extinguit. Sunt autem tria potissimum testimoniorum genera, quæ istam Stoicam de immoto uitæ termino necessitatem euertunt, ut sunt, promissiones obedientiæ, comminationes contumaciæ & exempla utrorumq;.

Testimonia promissionum ex multis hæc pauca ascribere libuit, Exod. 10. Deut. 5. Honora patrem tuum & matrem tuam, ut bene sit tibi & longo uiuas tempore super terram, quam Dominus Deus tuus tibi daturus est. Prouerb. 9. Per me multiplicabuntur dies tui & addentur tibi omni uitæ. Prouerb. 10. Iusticia liberabit à morte. Ibidem. Timor Domini apponit dies.

Harum promissionum exempla sunt multa, Deuteronomij capite nono, cum Deus minaretur se populum contumacem perditurum esse, intercedit Moses, & iuxta promissionem paracitur pœnitentibus. Niniuitis interitus uoce Dei constitutus erat quadragesimo die post inceptam concionem Ionæ, sed pœnitentibus iuxta promissionem

COMMENT: IN

missionem paratur, 3. Reg. 14. Dauid supplicat Deo, erecto altari, ut cesset interfectio & impetrat quod petit. Taceo exemplum Ezechie Regis, cui quindecim anni additi sunt pœnitenti.

Testimonia comminationum contumaciæ sunt plurima, qualia sunt hæc. Prouerb. 20. Qui maledicit patri & matri suæ, extinguetur lumen eius in medijs tenebris. Prouerb. 10. Anni impiorum abreuiabuntur & Psalm. 54. Viri sanguinum non dimidiabunt dies suos &c. Leuit. 20. minatur Dominus flagitiosis exterminationem de populo suo, quæ sanè exterminatio nihil aliud esse potest quàm abruptio uitæ propter perpetrata scelera.

Harum comminationum exempla plurima occurrunt, Genes: 38. Her filius Iudæ quia fuit nequam in conspectu Domini, dicitur à Domino occisus. Ibidem. Onan effundens semen in terram, ne suscitaret fratri semen, occiditur à Domino. Achan propter spoliū de anathemate, uoce Dei iubetur lapidari, Iudic. 7.

Hæ promissiones & comminationes, eorumq; exempla satis manifestè euertunt opinionem Stoicam de fatali uitæ termino.

Nec cum his rationibus pugnat dictum Iob, quod illi ad stabiliendum suum dogma detorquet. Iob enim sub conditione loquitur, ex qua nihil certi posse concludi manifestum est. Et si quis
omni-

omni
finiri
mino
entiam
dum es
Hu
hoc est
num
fante
ra, cu
habere
men in
morum
cuiq; en
sturus
modo qu
Chalda
nobiliss
nomina
porum
merito fa
strologia
suam ort
tali cuiu
quantur
nis con
quam c
aliquis

EPIST: ADEPHES

omnino ex uerbis Iob terminum uitæ certum de-
finiri contendat, is sciat dictum Iob de uitæ ter-
mino definito, non ad fatales causas, sed ad obedi-
entiam & inobedientiam mandati Dei referen-
dum esse.

Huc & questio de uanitate genethliacorum,
hoc est, eorum qui ex horoscopis fortunas homi-
num & successus diuinant, pertinet. Etsi autem
fantedum est omnia terrena & inferiora corpo-
ra, cum astrorum cursu cognationem, quandam
habere, atque inde qualitatem aliquam ducere, ta-
men inde nequaquam concludi potest, quæ sit
morum cuiusq; & ualetudinis constitutio, quid
cuiq; euenturum sit, & quid quisq; in uita, aut a-
cturus sit, aut passurus, quando præterea & quo-
modo quisq; sit moriturus. Hæc ferè sunt, quæ
Chaldæi isti se diuinare posse profitentur. Nam ut
nobilissimæ illi arti quam astrologiam naturalem
nominant rectè ordinis naturalis & motuum cor-
porum cœlestium cognitionem tribuimus; ita
meritò superstitionem damnamus eorum, qui a-
strologiam iudiciariam (hoc enim augusto titulo
suam ornant superstitionem) profitentes, ex na-
tali cuiusq; hora fortunam eius metiuntur. Nam
quantum quidem ad morum cuiusq; & ualetudi-
nis constitutionē attinet, affirmo ex astris nequa-
quam concludi quicquam certi posse. Etsi autem
aliquis concentus est astrorum cum inferiori-
bus

COMMENT: IN

bus quo contentu habitudines informantur, quæ sunt propriè corporum, nonnunquam & affectuum in hominibus, qui magna ex parte ex temperamentis pendent, tamen errant genethliaci cum ex nascendi tempore iudicium faciunt. Nam cum fatentur ex nascendi tempore recurrendum esse ad generandi tempus, suam produnt uanitatem. Nequaquam enim fieri potest, ut certo constet genethliaco conceptionis tempus. Nam cum non solum nascendi tempus anteuertitur sæpe: uerumetiam sæpius longius protrahitur parturientium infirmitate. Qui quæso fieri potest, ut certum punctum generationis deprehendas? præsertim si uel per pauca horæ momenta aberres, maxima fieri solet cœli & stellarum inclinatio. Qui ergo certò aliquid uult prædicere ex generandi tempore, eum necesse est manu astrolabium tenere cum generationi detur opera. Nam horologijs credere in tanta re parum tutum fuerit.

Deinde cum multi uno eodemq; temporis puncto æditi, natura & moribus sunt dissimiles, quis compos mentis mores hominum ex astris pendere credet? Præterea multo maior uis est, seminis unde fœtus nascitur quàm astrorum, quantum quidem ad informationem morum attinet. Videmus enim multos parentum naturam & mores exprimere.

Neq;

Neq;
ratio, quæ
ne regem
te depen
corporum
astris iud
posse neg
tudinem.
uinatio
sit euentu
tur. Nam
cut ostend
unde pr
Honora
certissim
liacorum
potest.
Quod
dicunt, eu
enim uno
hominum
diuersissim
eodem mor
sissimis ter
Ex hi
nem eoru
minum c
cant con

EPIST: ADEPHES:

Neq; ullum locum habet hic spiritualis genea-
ratio, qua mores sanctorum informantur, que sa-
ne regeneratio non ex astris, sed ex Dei uolunta-
te dependet. Quantum autem ad ualitudinem
corporum attinet, etsi nonnulla ex parte pendere
astris iudico, tamen à Genethliacis eam defini-
ri posse nego, propter puncti generationis incerti-
tudinem. Eodem fundamento nititur eorum di-
uination qui ex natalitio cuiusq; sidere quid cuiq;
sit euenturum in uita, diuinare se posse profiten-
tur. Nam ut incertum est generationis tempus si-
cut ostensum est: ita euentuum in uita cause ali-
unde profluunt. Firmum est dictum Domini.
Honora parentes, ut bene sit tibi. Hoc augurium
certissimo certius est, quod sanè nullum Geneth-
liacorum decretum, nullus horoscopus abolere
potest.

Quòd autem de mortis genere & tempore
dicunt, eiusdem est uanitatis uaticinium. Constat
enim uno aliquando prelio, unaq; hora cecidisse
hominum sexaginta millia, qui absq; omni dubio
diuersissimos habuere horoscopos. Constat quoq;
eodem momento infantes in lucem editos diuer-
sissimis temporibus obiisse diem.

Ex his concludo uanissimam esse superstitio-
nem eorum, qui sue Astrologicæ iurisdictioni ho-
minum casus & fortunas subijcere uolunt. Di-
cant contra quicquid uelint, nobis autem hæ ra-
tiones

COMMENT: IN

tiones sufficient ad euitandas illorum præstigias. Horoscopus hominis aut pendet ex tempore conceptionis, aut ex tempore partus, sed utrunq; incertum est, ijs qui non astant generantibus & parientibus tenentes Astrolabium in manu. Deinde si euentus pendet ex astris, simile omnium erit fatum, quorum idem est Horoscopus, sed hoc falsissimum esse fatebitur omnis sanæ mentis compos. Si prosper rerum successus pendet ex astris, profecto ex iisdem pendebit obedientia erga Deum. Nam hic illius propria est causa. Præterea si mortis genus, aut quæuis infortunia ex astris pendent, pendebunt & peccata ex astris, quod sanè horrendum dictu est. Hæc cum ita sint, uolo studiosos admonitos, ut sicuti ueram & naturalem Astrologiam summopere in uita utilem, magnificere, ut donum Dei eximium & præclarum par est: ita fugiant impostores, præstigiatores & planos istos, qui ex Horoscopis se diuinare posse certo profitentur, quid boni aut mali homini euenturum sit, in hac uita, præsertim cum illa superstitio uehementer bonis moribus noceat, pugnet cum honestis legibus, & sit contumeliosa aduersus Deum, qui ut res prosperas obedientiæ præmia: ita infortunia & quæuis incommoda peccati pœnas esse testatur.

Illud autem quòd quidam adferunt mitigare conantes istorum Phrenitidem, uidelicet, Astro-
rum

rum dec
nare &
inclinati
tempera
mos &
feris, &
proposi
uirtute
Verum
Chalda
am arte
ad eius
natio ne
tim in be
contra im
am nihil i
cludere ex
minimæ eff
Quod
Eclipses &
le pendent
Dei aliter
temperies
rebus ina
Quare ut
aeris con
bet in po

EPIST: AD EPHESIOS.

*rum decreta non esse Prætoræa. Item, astra incli-
nare & non cogere: recipio quidem, modo istam
inclinationem ad corpora tantum & corporum
temperamenta referri patiuntur, & non ad ani-
mos & uoluntates hominum, in quibus est προαι-
ρεσις, quæ est facultas sanè libera, qua pluribus
propositis, uoluntas potest alia præ alijs eligere,
uirtutem sectari, & uitia fugere ciuilitè saltem.
Verum istud parum congruit tam magnificis
Chaldæorum nostrorum pollicitationibus, qui su-
am artem adeo immotam esse uolunt, ut nihil nisi
ad eius præscriptum fieri glorientur. Nam incli-
natio non est necessaria ullius rei causa, præser-
tim in hominibus qui iudicio mentis regi possunt,
contra inclinationem si mala est. Vt interim tace-
am nihil ineptius esse quàm certò effectum con-
cludere ex partiali causa, eaq; infimi ordinis seu
minimæ efficaciæ ad producendum effectum.*

*Quod autem Mathematici prædicere possunt
Eclipses & aëris temperiem, hoc fit ideo, quia il-
le pendet ex certis causis quæ ex ordinatione
Dei aliter nunquam agunt. Hæc autem, uidelicet
temperies aëris ex inclinatione astrorum, quæ in
rebus inanimis plerunq; non fallit, dependet.
Quare ut Eclipsis demonstratione, ita temperies
aëris coniectura nititur, longè aliter se res ha-
bet in potentijs rationalibus, præsertim in uolun-
tatibus*

COMMENT: IN
tatibus hominum, quæ promiscue se habent ad
contraria, sicuti dictum est.

Et uos patres nolite prouocare ad
iram filios uestros, sed educate eos in
disciplina & admonitione Domini,

Hæc quarta est hypothesis superiori respon-
dens, ut enim illa à liberis obedientiam: ita hæc
analogum officium parentum erga liberos requi-
rit: ac primo loco quid parentes cauere. Deinde
quid liberis suis præstare debent, præscribit Apo-
stolus. Cauendam monet nimis seueram & aspe-
ram tractationem, nulla lenitate conditam. Du-
rior enim tractatio, in qua nulla relucet paterna
Storga, plurima incommoda sibi coniuncta ha-
bet. Primum enim liberos reddit pusillanimes
& stupidos. Deinde paulatim odium instillat te-
neris mentibus aduersus parentes. Tandem con-
tumacia ac rebellio accedit ex odio accepta, ut
ubi tandem uelis lenior esse, frustra labores. At
ubi paternum imperium exercetur rectè, ibi au-
toritas quidem in timore & obsequendi studio,
ἐὐσυνία uerò in amore & alacritate placendi
parentibus pueros retinet. Ut igitur blanda pa-
trum segnes facit indulgentia natos, ita prudens
educatio & iustum imperium liberos frugi ef-
ficat.

Quid

Quis
beant bre
illos in c
Hic tria
delicet, e
suis pare
antur na
tione, ita
prudens e
ac respub
quedam a
humano
potest si
nouit
tionem
scopus est
deu, per
serudam
uita. Et
netus inter
graca uox
tionem not
nas ac ing
Domini
enim Apo
dais mon
sunt, hoc
rem Dom

EPIST: ADEPHES:

Quid autem pueris suis parentes prestare debeant breuiter subiungit, cum ait: Sed educate illos in disciplina & admonitione Domini: Hic tria requirit Apostolus à pijs parentibus, uidelicet, educationem quam ex lege naturæ liberis suis parentes debent: Disciplinam, qua ut instituantur nati in rerum piarum et honestarum cognitione, ita humani ac comes reddatur, quo ipsorum prudens conuersatio et parentibus ipsis sit honori ac reipublicæ utilis. *Παιδεία* enim Græcis facultas quedam animi est, qua homo et sibi æquior, et alijs humanior efficitur. Quod sanè nequaquam fieri potest sine liberali institutione. Ex quo fit quòd *παιδεία* interdum Metonymicòs ipsam instructionem significet. Deinde quia instructionis scopus est humanitas, significat interdum *παιδεία*, per prolepsin humanitatem, hoc est, mansuetudinem in moribus & facilitatem in tota uita. Et admonitionem Domini, pro qua uetus interpres malè posuit correptionem. Nam græca uox *νουθεσία* in genere talem admonitionem notat, qua alicui ueluti in animum ponas ac ingeras quid factu opus sit. Genitiuus Domini loco epitheti appositus est. Vult enim Apostolus, ut illa teneris mentibus assiduè monitionibus instillentur, quæ Domini sunt, hoc est, quæ ad ueram pietatem & timorem Domini faciant. Deinde etiam ut adhibeantur

COMMENT: IN

tur artibus discendis, ad quas natura uideantur maximè idonei. Nazianzenus Eudoxio Rhetori scribens dicit antiquã legem Atheniensium fuisse, eamq; optimã, qua præcipiebantur, ut postq̃ nati ad pubertatem peruenissent, artibus discendis adhiberentur, idq; hoc modo. Publicè proponebantur cuiusq; artis instrumenta, ad quæ adducebantur puberes. Cuiuscunq; autem artis instrumento quilibet delectabatur maximè, eam artem, ut disceret natura monstrante iuebatur. Huc illud Poëta. Tu nihil inuita dices facies'ue Mimerua. Parentam igitur munus erit diligenter explorare ad quas artes liberi ipsorum maximè idonei uideantur.

Hinc itaque discant, primùm parentes ipsi, quod Deus ab ipsis seriò requirat, ut in uera religione sua uoce ac admonitione instituant liberos. Nemo igitur existimet parochorum tantum esse, & præceptorum teneros puerorum animos pietatis doctrina imbucere. Verumetiam idq; multo magis parentum, quorum interest unà cum lacte in teneros puerorum animos semina pietatis iacere, modo contumaces erga Deum haberi non lint. Deinde discant & liberi suum esse officium non solum parentibus pietatem tradentibus obedire, uerumetiam iuxta pietatis normam mores studiosè componere. Proinde qui uel frigidè de pietatis studijs ipsi sentiunt, uel alijs autores sunt,
ut à

ut à teneri
tissime in
ant quid u
qui per os
cat sacrar

Se
dum ca
re, in si
quàm C
uientes,
tes, sed
uoluntai
neulent
non hon

Vt supra
officia comm
um officium
epud nos rar
tempore apu
feruos & an
Verum hui
perpendend
feruis obedi
licita reuer
dientiam u

EPIST: ADEPHES:

*ut à teneris unguiculis (ut aiunt) quam diligenti-
tissimè in religione suos institui negligant, uide-
ant quid uelint olim Christo Domino respondere,
qui per os sacrum Pauli etiam pueris commen-
dat sacrarum literarum studium.*

Serui obedite dominis secun-
dum carnem cum timore & tremore,
in simplicitate cordis uestri, tan-
quàm Christo, non ad oculum seru-
uientes, tanquam hominibus placen-
tes, sed quasi serui Christi, facientes
uoluntatem Dei ex animo, cum be-
neuolentia seruientes Domino &
non hominibus.

Vt supra liberis & patribus familias analoga
officia commendauit, ita hic seruis præscribit su-
um officium erga carnales dominos. Etsi autem
apud nos rarior est talis seruitus qualis fuit Pauli
tempore apud multos, tamen ad nostros quoq;
seruos & ancillas pertinet hoc Pauli præceptum.
Verum huius præcepti circumstantiæ diligenter
perpendendæ sunt. Primum enim requirit à
seruis obedientiam cum timore, hoc est, cum sol-
licita reuerentia coniunctam. Deinde hanc obe-
dientiam uult proficisci ex simplicitate cordis,

Q 3 que

COMMENT: IN

que excludit proteruiam & latens odium. Vult enim ut cor non discrepet ab obedientia externa. Tertio, causam & modum prescribit cum inquit: tanquam Domino. Hoc enim dicto monet Apostolus, ut in omni opere suo ad uoluntatem & mandatum Dei respiciant serui. Ut igitur propter mandatum Dei serui suis Dominis obedientiam debent: ita propter idem mandatum cauebunt ne quid in gratiam carnalium Dominorum contra mandatum Dei faciant. Quarto, quia serui plerumque ad oculum magis seruire solent quam ex animo, ideo Paulus precipit Christianis seruis, ut absque ὑποκρίσει & adulatoria in presentia Domini diligentia, faciant officium cogitantes hoc Dominum à se requirere, ut ex animo & cum beneuolentia seruiant.

Porro hic locus Pauli apertissime refellit Anabaptistarum & Libertinorum errorem, qui inter Christianos quandam barbaricam ἀναρχίαν esse uolunt, in qua nullus alicui obediat. Falso enim definiunt Christianam libertatem esse manumissionem quandam ab omni seruitute cum ciuili, tum spiritali, non intelligentes Christianam libertatem in omni spiritu & non in carne positam esse. Deinde hic locus docet & consolatur pios seruos, docet quidem uitæ statum in quo uiuunt placere Deo, modo iuxta normam à Paulo

Paulo pr
eos qui
dicto P
iurati
statuum
ex simp
libus. Q
id leget

Se
quid
no, si

Add
pronunc
passim ha
operis ac
beralem r
rantibus.
nem in si
ere, Deu
atq; à Deo
tie promi
sententijs
endam ue
abutunt
fidei hui
potam.

EPIST: AD EPHE:

Paulo præscriptam se gerant. Consolatur uero eos qui grauiori seruitute pressi sunt, dum hoc dicto Pauli eruditi cogitant se non solum uoluntati Dei subiectos esse, uerumetiam certò statuunt quòd Deus sibi factum iudicet, quicquid ex simplicitate cordis præstetur Dominis carnalibus. Quare nemo seruorum iugum excutiat, nisi id legetimè fieri possit.

Scientes quod unusquisq; quicquid boni fecerit, recipiet à Domino, siue seruus sit, siue liber.

Addit confirmationem à notissimo Scripturæ pronunciato desumptam. Deus enim in scripturis passim hanc promissionem inculcat, quod uelit operis ac laboris nostri meminisse, promittens liberalem mercedem omnibus suæ uoci obtemperantibus. Debent igitur serui ad hanc promissionem in suis laboribus respicere, & certo statuere, Deum ueracem esse in suis promissionibus, atq; à Deo expectare remunerationem obedientiæ promissam. Verum quia Papistæ huiusmodi sententijs de præmijs bonorum operum ad obruendam ueritatem Dei de gratuita iustificatione abutuntur, breuiter quomodo iuxta analogiam fidei huiusmodi sententiæ intelligendæ sint exponam.

COMMENT. IN

Principio sciendum est, quod huiusmodi generales promissiones omnibus quidem hominibus applicandæ sint, sed non eodem modo. Sunt enim duo hominum genera, pro quorum uarietate applicationem fieri necesse est. Alij enim pijs sunt, id est, renati, & filij Dei. Alij impij sunt & non renati filij iræ. Posteriori generi si sententias de promissionibus præmiorum & mercedis applicare uelis, nihil aliud inde conficies, quàm filios iræ manere sub ira. Nihil enim præstare possunt, quod Deo placere potest, etiamsi externa species operũ uideatur sanctissima. Immotum est enim hoc oraculum Spiritus sancti. Impossibile est placere Deo sine fide. Donec igitur homines fide uacui sunt, ueluti putridæ sunt arbores, quæ nullum bonum fructum edere possunt. Ex his igitur concluditur firmissima demonstratione Deum redditurum impijs infernum & damnationem, quando iuxta opera eorum eis mercedem largietur.

At si superiori generi hominum, hoc est, filijs Dei promissiones mercedis applicare uelis, hæc puncta ordine apud animum cogitanda sunt, ut sine errore iuxta analogiam applicatio fiat. Primum omnium statues pios à rigore legis liberatos esse per Christum, quemadmodum Paulus inquit: Christus redemit nos ab execratione legis factus

factu
dant
dente
perse
sit h
quod
rat o
ceden
ris, se
nem. c
sta su
causa
reddi
delice
Domi

Ha
tione f
celesti
interd
cedem
si priu
Deus
dilect
obedi
comen
pijs s
pista

EPIST: ADEPHES:

factus pro nobis execratio. Non igitur potest damnatoria legis sententia filios Dei, id est, credentes ferire. Secundo loco cogitabimus, quòd persona credens placeat Deo propter fidem, & sit hæres uitæ æternæ. Tertio cogitabimus quòd Deus non solum à credente persona requirat obedientiam nouam, sed etiam promittat mercedem, idq; nõ ex debito propter dignitatem operis, sed ex gratia propter pateruam promissionem. Quarto cogitabimus quòd opera ex fide facta sint testimonia fidei & effectus certissima sue causæ indicia. Atq; hac de causa Deus dicitur reddere suis mercedem secundum opera, quia uidelicet opera sunt uera indicia fidei & timoris Domini.

Hæc solutio pulchrè illustrari poterit, collatione facta inter patrem terrenum & patrem cœlestem. Nam sicut pater terrenus suis liberis interdum promittit amplam hæreditatem, mercedem laboris, si obedientiam præstiterint, tametsi prius natura hæredes sunt: ad eundem modum Deus Pater cœlestis suis quos habet in Christo dilectos filijs, promittit uitã æternam mercedem obedientiæ ex fide præstitæ. In hunc modum accommodatæ promissiones mercedis excitant in pijs studium obedientiæ, ac impiæ doctrinæ Pæpistarum nihil patrocinantur.

Q 5 Et

COMMENT. IN

Et uos Domini eadem facite erga illos, remittentes minas, scientes quod & uester ipsorum Dominus est in cœlis, & personæ acceptio non est apud eum.

Postrema est de personalibus officijs parænesis respondens proximè præcedenti. Requirit autem Apostolus duo à Dominis. Primum, ut eadem faciant seruis, hoc est, ut seruato iure analogo, mutuum officij beneuolentiam seruis præstent, Non enim similes operas requirit in specie, nec similem subiectionem, sed pro suo modo respondens officium, Seruus igitur laboret fideliter, Dominus uicissim grato animo debita mercede seruum laborantem complectatur ac foueat in Domino. Hoc enim uult Apostolus cum inquit: τὰ αὐτὰ ut seruetur officij inter Dominum & seruum iusta proportio. Deinde requirit à Dominis, ut remittant minas. Quo dicto sublatam uult omnem duriozem seruorum tractationem. Huic parænesi rationem subiungit à con-nexis. Scientes, inquit, quod & uester ipsorum Dominus est in cœlis, ac si diceret: non est quod ob Dominium in seruos uestros efferamini. Nam & uos quoq; habetis Dominum, qui æqualia uobis reddere poterit, nulla habita ratione uel Dominiij

mini
enim
apud
ratio
inqu
non
subst
quic
iudic
sonar
Nam
homi
in oc
diuini
dum e
causa
ius red
non mo
serui p
tem, ne
tuo eni
gulam
omnes

H
quere
discat
cont

EPIS: AD EPHE:

minij uestri uel paupertatis seruorum. Nullus enim personæ respectus est apud illum, qualis apud iniquos iudices esse solet, sed iuxta causæ rationem & ueritatem iudicat. Dominus enim, inquit Ambrosius, iustus iudex, causas discernit non personas. Personæ uocabulum hoc loco non substantiam significat sed qualitatem, hoc est, quicquid præter causæ ueritatem respicitur in iudicando. Non igitur debet hoc dictum de personarum acceptione torqueri in alienum sensum. Nam in hoc dicto subest collatio inter Deum & homines. Hi plerunq; ex ijs quæ foris patent & in oculos incurrunt, iudicant, mouentur genere, diuitijs, cognatione & amicitia, & contra interdum odio & alijs affectibus, unde fit, ut ueritate causæ ommissa perperam iudicent. Deus uerò cuius rectum est iudicium & secundum ueritatem, non mutat iudicium iustum propter domini aut serui personam, sed iudicat iuxta causæ ueritatem, non habita personarum ulla ratione. Perpetuo enim sequitur hanc immotam iusticiæ suæ regulam, pœnitentes enim in gratiam recipit, & omnes impœnitentes & contumaces abiicit.

Hinc pij Domini se humiliare coram Deo quem habent communem cum seruis Dominum discant, & ipsius exemplo admoneantur non contemnere seruos propter externam personam,
hoc

COMMENT: IN

hoc est, uilem conditionem, sed magis complecti eos, quia tametsi hic in terra conditio est diuersa, tamen in caelo communem Dominum habent, quem ut conserui, utriq; colere debent.

Quod reliquum est fratres mei: confortamini in Domino, & in potentia uirtutis eius, induite uniuersam armaturam Dei, ut possitis stare aduersus insidias Diaboli,

Redit Apostolus ad generalem exhortationem, in qua post doctrinam gratiae, post exhortationes ad uirtutes Euangelio dignas, & post propria certorum quorundam statuum officia, compellat sub nomine Ephesiorum omnes pios, eosq; ad animi fortitudinem hortatur, sumpta armatura aduersus insidias Diaboli, potentiissimi quidem hostis si ipsius technas multiplices & insidiandi uias, & si nostras uires intuebimur, sed prostrati tamen & uicti si eum respicimus, in quo inest totum nostrum robur. Nam cum in hunc firma fiducia recumbimus, fit, ut Diabolus quantus quantus est, qui tempestatem seruis Dei commouet, ipse naufragium faciat.

In uerbis Apostoli imprimis obseruanda est exhortationis forma. Confortamini, inquit, in

in l
for
min
uale
lum
rob
nam
fici
nun
atq
Apo
cit
sed
fiter
ipse
mothe
fidem
quida
cerum
Et
Domi
tur,
matu
stram
lunt a
sue.
& r
mus

EPIST: AD EPHESIOS.

*in Domino & in potentia uirtutis eius. Hac forma. Primum significatur, quod extra Dominum & sine ipsius potenti robore nihil plane ualeamus aduersus tam potentem hostem Diabolum. Deinde quod ipsius Domini effecti membra, robore ipsius robusti reddamur aduersus Satanam & eius ignita tela. Huius autem roboris efficiamur participes quando in Christum Dominum uiua fiducia recumbimus, efficiamur Filij Dei. atque adeo membra Christi, quod ex his Ioannis Apostoli uerbis liquet: Hæc est uictoria quæ uicit mundum fides nostra. Proinde non natura, sed gratia est robur illud quo Satanae & carni resistere possumus. Atque illud robur est Christus ipse quem fide apprehendimus. Huc illud ad *Timotheum*. Milita honestam militiam, retinens fidem & bonam conscientiam, quam postquam quidam repulerunt circa fidem naufragium fecerunt.*

Etsi autem hoc robur à Domino est, imò ipse Dominus est, tamen cum Apostolus nos hortatur, ut corroboremur & sumamus totam armaturam Dei, requirit nostrum studium & nostram industriam. Quare necesse est nostram uoluntatem actiue concurrere & non tantum passiuè. Nam ut uolentes possumus excutere fidem & resistere spiritui sancto: ita conuersi possumus ex gratia fidem retinere & spiritum sanctum

COMMENT: IN

Etum ac donum Dei, ut Paulus loquitur, in nobis exuscitare. Est enim donum Dei ueluti uiua quaedam flamma in cordibus credentium, quam nobis secure torpentibus caro & Satan suffocare possunt. Quare Paulus suum Timotheum non frustra monet, ne sinat istud donum suffocari. Suggesto tibi, inquit, ut exuscites Dei donum quod in te est. Huc illud, I. Thessal. 5. Spiritum ne extinguatis: Est proinde Christiani hominis sollicitè ambulare coram Deo suo, ac perpetuo cauere ne donum, quod ex gratia acceperat, sua amittat ignauia. Huc pertinent omnia pietatis exercitia, omnes exhortationes piorum pastorum, & uniuerſa Ecclesie disciplina. Sunt enim hæc ueluti flabella quedam, quibus flamma diuinitus in nobis accensa exuscitatur. Præterea hic locus Pauli docet omnes pios in grauissima ac difficilima expeditione esse constitutos: in qua non est quòd ullas expectent inducias. Nam aduersarius noster nunquam non est in armis. Et reuera sicut Petrus ait: semper circuit, ut leo rugiens ademitis catulis, & quærit quem deuoret, idq; facit nunc aperto Marte, nunc ex insidijs. Nam cum doctrinam Dei abijcere suadet, cum mores turpissimos contra legis Dei normam inducit, cum omnia scandalis & cœdibus replet, aperto adoritur nos Marte, & se palam hostem Christi profitetur. Verum cum se in angelum lucis transformatur

figu
strin
agit,
uersa
C
uita
tia,
prof
inert
hoste
si fec
Apos
Diabo
à Dom
ducta C
rimus.
Ref
ratio es
hoste de
ritus pu
in nobis
pellit qu
cit, At
nequiti
uersus
armis
Cæ
Diabo

EPIST: ADEPHES:

figuratur, & uicia uirtutum laruis induit, & do-
strinam sanctitatis furo praeuertit, ex insidijs
agit, Atque ideo magis formidabilis ijs qui uni-
uersa armatura Dei non sunt instructi.

Quid nos hinc colligemus? Cum Christiana
uita sit in hoc mundo quaedam Spiritualis mili-
tia, idq; aduersus tam potentem hostem, par est
profecto ut fortes imitemur milites, qui luxu aut
inertia non torpent, sed semper in acie aduersus
hostem sunt parati, ne opprimantur incauti. Hoc
si fecerimus nullum erit periculum. Nam cum
Apostolus addit, ut possitis stare aduersus insidias
Diaboli, significat nos uictores fore, modo arma
à Domino nobis porrecta & donata tenentes, fi-
ducia Christi sub uexillo ipsius strenue pugnaue-
rimus.

Rectissima uincendi hunc inuisibilem hostem
ratio est, si inceperis ab interno & domestico
hoste domando, qui caro dicitur, contra quem spi-
ritus pugnat. Non enim tentat in nobis, nisi quod
in nobis carnale dominatur, & illuc maxime im-
pellit quo per seipsos inclinari homines perspi-
cit, Atque ita infirmitatem nostram ad arma suae
nequitiae conuertit, & carnis nostrae morbo ad-
uersus nos utitur, hoc est, nostris affectibus quasi
armis nos oppugnat.

Ceterum si quis quærat cur Deus permittat
Diabolo humanum genus ita prosequi & op-
pugnare

COMMENT: IN

pugnare. Athanasius questione undecima ad Antiochum his uerbis respondet. Ut diligentes, inquit, Deum manifesti fiant, & dediti uoluptatibus reprobentur, Nullo enim se oppugnante aduersario non probabuntur Regis ingenui milites. Diligentibus igitur Deum fit Diabolus causa uictoriae, coronae atque praemiorum. Haec Athanasius. At ego uno uerbo respondeo decretum Dei esse, quod Deus uelit conformes filio suo in cruce & persecutione fieri, quos olim statuit cum filio glorificare.

Quoniam non est nobis lucta aduersus carnem & sanguinem, sed aduersus principatus aduersus potestates, aduersus, rectores mundi tenebrarum seculi huius, aduersus spirituales nequitias in caelestibus.

Exhortationis ratio à periculi magnitudine sumpta. Proposita enim hostis formidabili potentia, excitat Ephesios ad maiorem uigilantiam, ne à tam uersuto & potenti hoste se sinant incautius opprimi. In hunc, enim finem uires hostium explicat & patet facit, ut nos paratiores ad pugnam reddat. Cum autem Apostolus ait: Non est nobis lucta aduersus sanguinem & carnem,

non

non
carne
tur, q
les q
ea co
Signi
culi t
Hosti
sunt
Qua
tur,
Vbi
stra
Ca
potest
enume
rijs app
id est,
non sol
nullis p
stulat
cum ex
enim u
la subij
relati
hostes
boli u
iusto

EPIST: ADEPHES:

non negat nobis aduersus homines & propriam
carnem certandum esse, sed comparatiuè loqui-
tur, quasi diceret. Si respicimus hostes spiritua-
les quos habemus, nulla planè pugna iudicabitur
ea conflictatio quæ nobis est cum carne, sanguine.
Significatur igitur hac loquendi formula peri-
culi magnitudo, belli genus & hostium qualitas.
Hostes nostri non sunt caro & sanguis. Ergo
sunt spirituales, spirituale & difficile bellum,
Quare etiam ad illud spiritualia arma requirun-
tur, sicuti Paulus etiam monet, 2. Corinth. 10.
Vbi sic ait: non sunt carnalia arma militiæ no-
stræ sed spiritualia.

Cum autem hostes nostros uocat principatus,
potestates & c. Non diuersos dæmonum ordines
enumerat, sed potentiam eorundem hostium ua-
rijs appellationibus describit. Cum enim ἀρχαί,
id est, principatus & imperia uocat Diabolos,
non solum monet haud contemnendos tanquam
nullis pollentes uiribus hostes. Verumetiam po-
stulat ut iugum ipsorum excutiamus, quod fit
cum ex fiducia Christi illis renunciamus. Nullis
enim imperant nisi qui sponte iugo ipsorum col-
la subiiciunt. Nam principatus & subiectio cor-
relatiua sunt. Deinde cum ἑξουσία eisdem
hostes nominat, significat ius imperij, quod Dia-
boli in homines propter peccatum exercent, idq;
iusto Dei iudicio. Hac ergo appellatione mo-
nemur,

R

nemur,

COMMENT: IN

nemur, ut à peccato per Christum liberati, peccatum omne fugiamus, ne rursus Diabolus ius imperij in nos obtineat. Vox sequitur *κοσμοκράτορες*, id est, mundi rectores, significat Diabolos tantum præesse malis facinoribus, ac eos solos subiectos sibi habere qui mundanis desiderijs inuoluuntur & inescantur. Non enim hoc loco mundus significat hanc rerum machinam à Deo conditam, quam solus Deus sua bonitate condidit, sed homines significat mundanos peccato indormientes, atque adeo ipsa peccata, quemadmodum apertè significatur interpretatione sequenti cum mundum huius seculi tenebras definiat. Quod autem tenebrarum uoce Dei ignorantia & quoduis peccatum significetur notissimum est. Sicut igitur eos qui lux sunt, Christus gubernat & regit: Sic eos qui tenebræ sunt, ad omne malum Diabolus præcipitat & instigat.

Postremò loco cum subiicit: aduersus spirituales nequitias in cœlestibus, naturam hostium notat. Sunt enim spirituales hostes. Ex quo & agilitas eorum & quòd sint inuisibiles indicatur. Illo admonemur de periculi magnitudine, hoc de insidijs occultis. Nam cum inuisibiles sunt, quo minime creditur, moliuntur nos obruere. Quare cautos nos esse oportet, ne opinione citius opprimamur. Huc pertinet uocabulū Nequitie, quo ut studium & fallendi ratio Diabolorū significatur:
ita

Ita mo
tam m
feder
us sub
ditur:
per co
dam bi
stes, de
munda
Etsi au
cior u
stes nos
nos ag
nent, u
nos imp
gitemus
dire in e
tura pot

Pre
ram I
malo,
nis, q
sunt p
Christi
sti se
sti re

EPIST: AD EPHESIOS.

Ita monentur pij, ut perpetuo excubent aduersus
tam nequiosum & malignum hostem, qui nullas
fœderis cōditiones recipit, nisi nos imperio ipsi-
us subijciamus, renunciata fide Christi. Quod ad-
ditur: in cœlestibus uariè exponitur: Ambrosius
per cœlestia intelligit firmamentum mundi: qui-
dam hunc caliginosum aërem: nonnulli res cœle-
stes, de quibus certatur. Prelium enim hoc non de
mundi regnis, sed de cœlestibus rebus suscipitur.
Etsi autem res se ita reuera habet, tamen simpli-
cior uidetur sensus, uidelicet, quòd locus unde ho-
stes nos impugnent, designetur. Nam ex sublimi
nos aggrediuntur, & nostris ceruicibus immi-
nent, ut nunquam ad momentum oculi cessent
nos impugnare. Hoc igitur eò pertinet, ut co-
gitemus quàm graue & difficile prelium sit, pro-
dire in certamen cum eo hoste, qui uel ex loci na-
tura poterit nos facilius adoriri & opprimere.

Propterea accipite totam armaturam
Dei, ut possitis resistere in die
malo, & omnibus peractis stare.

Conclusio est & repetitio propositio-
nis, quæ infertur hoc modo: Hostes Ecclesie
sunt potentes & maligni. Ergo par est, ut
Christiani uniuersa armatura Dei instructi ho-
sti se opponant, quo possint tam potenti ho-
sti resistere, præsertim hoc tempore quo o-

R 2 mnia

*Para loco ag
mediana*



COMMENT: IN

omnia difficultatum & periculorum sunt plena. Diem enim malum uocat Apostolus totum præliandi tempus, quod sanè natura nequaquam malum est, sed malum dicitur periculorum & difficultatum respectu. Ratio propositionis repetitæ plenissima est consolationis. Nam certam pollicetur uictoriam fore apud filios Dei, modo usq; ad finem constantes sub uexillo Christi militauerint. Nam cum inquit, ut possitis omnibus peractis stare, requirit indefessum præliandi laborem & perpetuam constantiam ad finem usq; prælij, hoc est, ad finem huius caducæ uitæ, quem triumphus gloriosus super hostibus sequetur.

Ex hoc loco Pauli ueteres sumfisse uidentur distinctionem Ecclesiæ, qua alia militans, alia triumphans appellatur, non quòd sint duæ diuersæ Ecclesiæ, sed propter conditionem ciuium Ecclesiæ eiusdem. Nam donec in hac uita sumus, tota nostra uita militia quædam est aduersus carnem, mundum & Sathanam. Huc pertinet illud dictum Iob. Militia est uita nostra super terram, sed ubi ex hac uita migrauerimus participes erimus triumphi Christi, ita ut nullum sit nobis amplius à Sagittis Sathane periculum.

State igitur succincti lumbos ueritate.

Nunc

Nu
Paulus
li, in qu
matura
morum
uult lu
quid u
enim l
sunt c
miles l
est, ne l
cilius p
omni
Christia
Domini
cuncti
Hoc dicit
na, tum
trus, in
uestre,
qua uel
sti.
H
pectu
sticia
cor p

EPIST: AD EPHE S:

Nunc sequitur armaturæ Dei explicatio, qua Paulus uult nos indutos aduersus insidias Diaboli, in qua per hypotyposin & metaphoram ab armatura militum mundi desumptam, describit animorum spiritualem armaturam. Ac primo loco uult lumbos nostros ueritate succinctos esse: hoc quid uelit explicata Metaphora apparebit. Ut enim lumbi in quibus potissimæ corporis uires sunt cingulo firmantur, ne inter pugnandum miles labatur: ita animus ueritate Dei firmandus est, ne Diabolus nos dubitantes ac hæsitantes facilius prosternat ac trucidet. Primum itaque omnium in hoc grauisimo prelio mens militis Christiani persuasa sit de ueritate Dei. Huc illud Domini dictum Lucæ 12. Sint uestri lumbi circumcincti ueritate, & uestre lucernæ ardentes. Hoc dictum Domini cum constantiam in doctrina, tum innocentiam in moribus postulat. Et Petrus, in prioris primo. Præcincti lumbis mentis uestre, sobrii, perfecte sperate in eam gratiam, quæ uobis allata est per reuelationem Iesu Christi.

Induti thoracem iusticiæ.

Hic pectus munitur. Ut enim militis mundani pectus munit thorax: ita innocentia uitæ seu iusticia hominis animum conseruat, ne tela Diaboli cor penetrent ac religionem extinguant.

R 3 Cal

COMMENT: IN

Calceati pedes preparatione Euangeliij pacis.

Quemadmodum milites suos pedes muniunt in ituri prelium quo tuti sint: Ita Christianos milites Euangelio oportet esse calceatos, quo illesi in hoc bello persistant, pro preparatione in greco est ἐτοιμασία, qua significatur promptitudo quedam & alacritas, qua fideles Euangelium pacis amplectuntur. Genitiuus pacis locum epitheti supplet, & pacis nomine Euangelij fructus significatur. Est enim Euangelium præconium nostræ cum Deo reconciliationis.

Super omnia assumentes scutum fidei, quo possitis omnia maligni tela extinguere.

Vt toti corpori scutum obtenditur, quò illud à telis tutum redditur, Sic fides ardentior & indubitata animum undequaq; custodit & protegit. Et ut scutum aduersariorum telis obijcitur: Sic uera fides omni tentationum generi opponi debet. Cuius rei exempla plurima cap. ii. ad Hebreos recitantur. Ignita tela uocat letalia per Metalepsin. Alludit enim ad morem bellatorum, qui olim tela ueneno infecerunt, ut uulneratorum

ratore
sus nos

Qu
est. Ita
opponer
uersis m
lutis per
est. Han
nominat

bum l

Haff
litem ijs
infultus
trahit, q
repellere
uenit etia
lis, idem
Matth.
dus est
Nam qu
gladio
Ve

EPIST: ADEPHES:

ratores corpora inflammarentur, quo sanari rursus non possent.

Et galeam salutis accipite.

Quemadmodum caput galea munitum tutum est. Ita omni Diaboli insultui spes futura salutis opponenda est, unde consolatio in omnibus aduersis manat uberrima. Dicitur autem galea salutis per Metonymiam, uidelicet, quia salutaris est. Hanc salutis galeam, Paulus 1. Thessal. 5. spem nominat.

Et gladium spiritus qui est uerbum Dei.

Haecenus Apostolus armauit Christianum militem ijs armis, quibus tutus esse poterit aduersus insultus Diaboli, nunc autem gladium in manus tradit, quo hostem ipse adoriri possit, eumq; à se repellere. Et quoniam hostis spiritualis est, conuenit etiam, ut gladius quo repellatur sit spiritua-
lis, idem omnino quo ipse Dominus Diabolum, Matth. 4. inuasit eumq; à se reppulit. Hic gladius est oris Domini quo ipse interfecit impium. Nam quoties Diabolum uerbo Domini repellimus, gladio oris Domini prosternitur.

Verum hic cauendum est, ne errore Papistico

R 4 impli-

CO M M E N T: I N

implicemur, atque literam pro spiritu amplectamur. Nequaquam enim uerba Apostoli intelligenda sunt de magica uerborum recitatione, aut uirtute exorcismi, qui ad uerba praescripta recitatur, ac si in sono uerborum esset aliqua efficacia, praeter eam quam habet uerbum ex ordinatione Dei: nec de uerborum scriptione & suspensione ad collum, quemadmodum principium Euangelij Iohannis in membrana scriptum & suspensum ad collum, putabant gladium esse illum de quo Paulus hic loquitur. Nam tum demum uerbum Dei gladius spiritualis est, quando in nobis per fidem est efficax, ac spiritu Dei in cordibus nostris scriptum est. Tum enim idoneus est, hic gladius ad reprimendum uel conficiendum aduersarium nostrum Diabolum.

Hinc apparet quam crudelis tyrannus sit Antichristus Romanus qui hunc gladium spiritus populo Dei conatur eripere, non solum corrumpendo scripturam & detorquendo in alicuius sensum, uerumetiam legibus cauendo, ne uulgari lingua uerbum Dei Ecclesiae proponatur, ut ab omnibus legi & intelligi possit.

Per omnem precationem & orationem, omni tempore precantes in spiritu, & in hoc ipsum uigilantes
cum

EPIST: ADEPHES:

cum omni assiduitate & deprecatione
ne pro omnibus sanctis & pro me.

Militem Christianum duplici armorum genere munitum, instructumq; ad Imperatorem adducit, ut sub ipsius uexillo strenuè militet, & in periculosiore pugna ad ipsum confugiat, ne à potentissimo hoste prosternatur. Per orationem enim ad Christum imperatorem acceditur, modo oratio non fuerit tam oris strepitus, quàm cordis ex fide eleuatio ad Deum fiducia Christi mediatoris.

Quid autem sit spiritu orare, explicat Ambrosius eleganti antithesi his uerbis: hoc est ergo in spiritu semper orare, munda conscientia & fide integra preces ad Deum dirigere. In carne enim orat qui polluta mente precatur, hæc Ambrosius.

Quod autem additur: Pro omnibus sanctis & pro me, eò pertinet, ut nobis commendatum sit mutuuum iuuandi nos inuicem studium in hac spiritali militia. Nam his duabus rebus, gladio spiritus & oratione non tantum utemur in nostri defensionem, uerumetiam in aliorum commodum quibus succurrendum est, potissimum cum eos periclitari uidemus. Et quanquam pro omnibus orandum est, tamen præcipua cura sanctorum erit, hoc est, eorum qui fide & charitate

R 5 tate

COMMENT: IN
*tate nobis coniuncti sunt, ut qui eiusdem mystici
corporis membra nobiscum existent.*

*Cum autem subiungit Apostolus: & pro me,
monet piorum officium esse, assidue pro ministris
uerbi precari, & pro conseruatione ministerij.*

*Vt mihi detur sermo in aper-
tione oris mei cum fiducia, ut patefa-
ciam mysterium Euangelij pro quo
legatione fungor in catena, ut confi-
denter me geram in eo quemadmo-
dum oportet me loqui.*

*Cur cupiat Ephesios pro se orare Apostolus
exponit & ordine tres causas enumerat, quarum
Prima ut detur ipsi sermo in apertione oris cum
fiducia, hoc est, ut detur ei animus constans, quo
intrepidè coram toto mundo doctrinam Euange-
lij confiteatur. Apertionem enim oris uocat li-
beram doctrinae confessionem claram & perspi-
cuam sine fuce & cauillatione, sine metu qui saepe
multorum ora ita occludit, ut non meminerint se
legatos Iesu Christi agere.*

*Hic monentur omnes pij, & præcipuè mini-
stri uerbi, qualis confessionis fiducia in ipsis esse
debeat, uimirum, ut nullo mærore, nullis minis,
nulla*

EPIST: ADEPHES:

nulla persecutione frangantur, quin intrepidè doceant Euangelium.

Secunda, ut patefaciam mysterium Euangelij: Hoc enim peculiare Pauli & ministrorum uerbi est, ut per prædicationem uocalem patefaciant mysterium Euangelij. Pugnat itaq; hic locus contra anabaptistas qui contento uocali uerbo, reuelationes & Enthusiasmos expectant. Sed quid est quod additur: Pro quo legatione fungor? Paulus legatus Dei erat ad homines missus, ut ipsis nunciaret Euangelium, id est, patris cœlestis uoluntatem de gratuita salute obtinenda fiducia filij. Verum tanta fuit ingratitude eorum ad quos mittebatur Apostolus, quòd ipsum catenis uinctum in carcerem miserint. Similem fortunam expectent quotquot sincerè uerbum Dei docent.

Tertia, ut confidenter me geram in eo quem admodum oportet me loqui, hoc est, ut non solum patefaciam Euangelium, uerumetiam, ut ita me geram atque dignum est tam augusta uocatione.

Hinc discant ministri Euangelij quanta cum reuerentia, quanto cum studio uerbum Dei tractandum sit, non quidem ut fabule uetularum, sed tanquàm omnipotentis Regis cœlorum legatio, cui aliquid addere aut adimere præter legantis Dei uoluntatem nefas est.

Vt

COMMENT. IN

Vt autem sciatis & uos, quæ circa me sunt, quid agam, omnia uobis nota faciet Tychicus dilectus frater & fidelis minister in Domino, quem misi ad uos in hoc ipsum, ut cognosceretis statum nostrum, & consolaretur corda uestra.

Hactenus de doctrina & moribus Christianorum, nunc admonet Apostolus de suo statu, quem ut certò cognoscant Ephesij Tychicum se misisse testatur, quem à religione & fide in officio commendat, ut ei narranti fides habeatur. Duas autem causas cur Tychicum mittat, assignat, quarum Prior est de qua nunc diximus, ut certo cognoscant Ephesij quid de se Romæ agatur. Posterior ut consoletur Ephesios ne frangentur animo propter uincula sui doctoris.

Quòd autem Tychicum multo se, donis, gradu dignitatis & laboribus inferiorem, uocat fratrem, cohibere deberet Papisticos spiritus qui superbam dominationem in Ecclesiam Dei sibi uendicant. Donorum quidem est frater diuersitas magna & uocationum dispar ratio. Sed superbium dominium ignorauit Paulus, ignorauit uera & purior Ecclesia.

Pax

135
EPIST: AD EPHE S:

Pax fratribus & dilectio cum fide
à Deo patre & Domino Iesu Christo.

*Fausta precatione suo more claudit Episto-
lam. Pacis nomine hic concordiam intelligit, quæ
est mutæ dilectionis effectus, utraq; ex fide
manat.*

Gratia cum omnibus qui dili-
gunt Dominum nostrum Iesum
Christum in sinceritate.

*Optat fauorem Dei omnibus Christianis quos
propria designauit nota. Illi enim Christiani sunt
qui sincerè diligunt Dominum nostrum IESVM
CHRISTVM, quæ dilectio in fide &
obedientia uerbi ipsius relucet.*

A M E N.



WITTEBERGÆ
EXCVDEBAT IOHANNES
CRATO.

ANNO M. D. LXV.





Birgitta Dall 1982

